*CENTIFOLIUM LUTHERANUM*

SIVE

# NOTITIA LITTERARIA

SCRIPTORUM OMNIS GENERIS

DE

# B. D. LUTHERO

EJUSQVE

VITA, SCRIPTIS, ET REFORMATIONE ECCLESIÆ, IN LUCEM AB AMICIS ET INIMICIS EDITORUM

DIGESTA SUB TITULIS C.C.

ATQVE IN MEMORIAM SÆCULAREM DIVINI BENEFICII ANTE HOS DUCENTOS ANNOS REPURGATIS SACRIS *HAMBURGO* PRÆSTITI

*GRATO ET MEMORI ANIMO CONSIGNATA*

*A*

JOHANNE ALBERTO FABRICIO

D. ET PROF. PUBL.






*HAMBURGI,*

APUD CONRAD. KOENIG ET G. RICHTER.

M DCC XXVIII.

SACRÆ
ECCLESIÆ EVANGELICÆ
HAMBURGENSI,

SINGULISQVE EJUSDEM

# PATRONIS,
# DOCTORIBUS,
# PARŒCISQUE

JESUM VERE AMANTIBUS,

ET

SALUTAREM IPSIUS DOCTRINAM
*B. LUTHERI* STUDIO
FELICITER INSTAURATAM E RUINIS
ET ANTE HOS DUCENTOS ANNOS
HAMBURGO RESTITUTAM
AB EOQVE TEMPORE DILIGENTER ASSERTAM,
PROFITENTIBUS SINCERE AC
CONSTANTER.

*CUJUS SEMET PARTICIPEM GAUDET DIVINI BENEFICII,*

RELIGIONEM

PURAM IN FLORENTE AC TRANQVILLA

REPUBLICA

LÆTUS EX ANIMO GRATULATUR,

ATQVE UT PERENNIS UTRAQVE HÆC AC PEPETUA IN OMNEM POSTERITATEM

HAMBURGO SIT FELICITAS,

SERIO PRECATUS,

VOLUMEN PRÆSENS, MEMORIÆ *B. LUTHERI* DICATUM,

SACRUM ESSE CUPIT

*JOANNES ALBERTUS FABRICIUS.*

# Index Capitum.

je-

*jetano A.C.* 1508. *Augustæ Vindel. habitum mense Octobri. p.* 56.

29. *Lutheri appellatio à Cajetano ad Papam, & à Papa male informato ad melius informandum: Augustæ A.* 1518. 16. *Octobr. p.* 58.

30. *Appellatio Lutheri à Papa ad Concilium* 18. *Nov. post iteratam Leonis X. de indulgentiis Decretalem* 9. *Nov.* 1518. *promulgatam. p.* 58.

31. *Lutheri Epistola ad Leonem X. data* 3. *Mart.* 1519. *qua negat se revocaturum, silentium autem servaturum, si adversarii siluerint profitetur. p.* 59.

32. *Colloquium cum* Jo. ECCIO *A.* 1519. *Luthero non refragante habitum Lipsiæ à* 4. *Jul. ad* 15. *Jul. p.* 60.

33. *Exusta D. Lutheri imago cum scriptis, A.* 1520. *Romæ, Lovanii, Coloniæ, Moguntiæ atque alibi deinde sæpius p.* 64.

34. LEONIS X. *Papæ bulla adversus Lutherum A.* 1520. 14. *Jun. p.* 65.

35. LEONIS X. *breve ad* FRIDERICUM *Sapientem, Electorem Sax.* 7. *Jul. A.* 1520. *p.* 67.

36. *Epistola D. Lutheri ad* CAROLUM V. *Imp. data* 3. *Cal. Sept.* 1720. *p.* 68.

37. *Lutheri Epistola ad Leonem X.* 1520. 6. *Sept. atque iterata appellatio à Papa ad Concilium* 17. *Nov.* 1520. *p.* 71.

38. *Processus* LEONIS X. *adversus Lutherum improbatus p.* 71.

*tæ ad eum litteræ & legationes Bohemorum p.* 92.

48 HADRIANI VI. *bulla ad* FRIDERICUM *Electorem Saxoniæ, ut Lutheri partes missas faciat, A.* 1522. *p.* 92.

49 *Mimime auctor Lutherus seditionum aut tumultuum à rusticis eccitatorum, furorumque Amabaptisticorum p.* 92.

50 *Gravissimo morbo & gravissimis tentationibus eluctatus A.* 1527. *p.* 95.

51 *D. Lutherus A.* 1527. *Romæ, cum exercitus Caroli V. Imp. Urbem* 6. *Maj. occupasset, diripuissetque, proclamatus* Papa *p.* 96.

52 *Protestationes Principum Germaniæ adversus decreta in Comitiis A.* 1522. *Norimbergæ & A.* 1526. *atque imprimis* 29. *Spiræ, Luthero & ejus Doctrinæ adhærentibus comminantia, unde nobile* Protestantium *nomen p.* 99.

53 *Colloquium* MARPURGENSE, *auspiciis Philippi, Hassiæ Landgravii gloriosiss. memoriæ habitum A.* 1529. *inter Lutherum, Philippumque ex una, & Zwinglium atque Joh. Oecolampadium ab altera parte p.*102.

54 *Pathmus Coburgensis A.* 1530. *Hymnus Lutheri ex Psalmo XLVI.* Eine feste Burg ist unser GOtt. *p.* 104.

55 *Confessio Augustana.* 1.) *Lutheri partes in hac Confessione, exhibita Carolo V. Imp. in Comitiis Augustanis A. C.* 1530. 25. *Jun. ubi de articulis Torgensibus & Svobacensibus p.* 106. 2.) *Augustanæ Confessionis editiones.*

3.)

60.

ra-

105.

136.

179.

197 *Salus æterna*, *ἰσαγγελία*, *gradus Gloriæ p.* 501.

198 *Voces Lutheri:* Peſtis eram vivus, moriens ero mors tua Papa, &, DEus vos impleat odio Papæ *p.* 502.

199 *Reliquiæ Lutheri p.* 503.

200 *Miſeræ adverſariorum ac malevolæ de inſtante Lutheraniſmi interitu Divinationes. p.* 505.

I. D. MAR-

# I. D. MARTINI LUTHERI Nomen.

Dionysius Vossius notis ad Cæsarem de bello Gallico lib. VII. c. 5. ubi *Lucterii Cadurci* exstat mentio, monet eundem alibi in Cæsaris Codicibus frequentius *Luterium*, & in T. Livii, *Lutarium* appellari. *Nec dubito*, inquit, *ita melius scribi, cum hodieque exstet id nomen* Luther, *vel* Lothar. Sane idem esse *Lutheri* nomen & *Lotharii*, quod Imperatoribus deinde etiam, Regibusque & viris illustribus commune fuit, docet Goldastus ad Valerianum Cimelensem p. 83. edit. in 8. & Felix Osius in notis ad historiam Othonis Morenæ T. 3. thesauri scriptorum Italiæ Græviani p. 1028. *Observat Krantzius lib. VI. Saxoniæ c. 1. Imperatorem propter nominis consonantiam à Gallicis & Italicis scriptotibus* Lotharium *dictum, cum* Luderus *patrio, id est Saxonico vocabulo diceretur. Quamobrem* Luderum *illum idem scriptor perpetuo vocat.* Lutherum *Gun-*

*therus nominat Ligurini* libro I. 205. & VI. 288.

*Fecerat Imperii sumentem jura*
*LUTHERUM.*

Lutarium *Benevenutus in Augustali*, Lotherum *idem Guntherus VII.* 207. Denótat autem hæc vox herum seu dominatorem hominum, à *liuti, lüde, leode, leute,* quod Germanis homines significat: & *heer,* sive *herr,* quod dominum, ut præclare notatum D. Joanni Diecmanno τῷ μακαρίτῃ in specimine glossarii Rabaniani illustrati p. 39. Aliis *liuther,* à luce dici visus est, quasi vir clarus lucensque.

Ipse se D. Martinus modo *Luderum* adhuc A. 1516. *Lutherum* modo jam A. 1507. modo *Lutterum* vel *Luterum* scripsit, ut ex avtographis ejus docuit B. JO. GOTTLIEB MöLLERUS Gedanensis diss. de grata Nominis Martini Lutheri memoria, edita Gryphiswaldiæ 1693. 4. §. 6. In Actis Rev. Facultatis Theolog. Witebergensis jam *Lüder,* jam *Luder* scribitur: atque varietatem hanc non ex alia causa quam ex pronunciandi, qui apud Misnenses D, T, & TH non satis distinguentes viget, ratione proficisci monet B. D. JO. FRID. MAYER, diss. de Luthero, Gryphisw. 1710. 4. *Lüder* vero rusticæ pronunciationi tribuit Rev. D. Paulus Antonius diss. de pathmo Lutheri p. 7.

Eodem loco laudatus Mayerus facile refellit, quod post Thom. Bzovium, a) Theodorum Petrejum,

a) Bzovius ad A. 1505. n. ult. ex Surio, Pontano, Genebrardo,

trejum, Jac. Gaulterium, aliosque Lud. Moreríus in Lexico historico scripsit Martinum familiæ suæ nomen *Lotter*, quod illud infamia quadam laborare videretur, mutasse in *Lutherum*: sicut Doctorem suum olim non Manichæum, velúti a mania ac furore, sed Mannicheum, tanquam manna fundentem voluere dici ejus sectatores Manichæi, teste Augustino XIX. 22. contra Faustum, & de hæres. c. 46. At certe diu antequam in brevi ad gloriosiss. memoriæ Electorem Saxoniæ Fridericum, dato A. 1518. 24. Octobr. *Lo[illegible]ter* appellaretur à Leone decimo Pontifice, jam Luderi vel Lutheri nomine usus, & ab aliis appellatus fuerat.

Sed quid non odium suadet etiam de innocenti nomine confingere, ut sinistri aliquid & infausti inde quomodocunque exsculpatur. D. Eckius *Luterum* dictum voluit à luto, ut extrita R litera esset luteus: cui responsum est eandem litteram inter D. & Eckii nomen repositam, Germanis auribus luteum sordidumque redde-



brardo: *Cum vilem cognominis sui rationem expenderet, ex* Luddero, *quod derisorem, scurram & furem sonat* (einen Lotter-Buben) Lutherum *se fecit, quod purum designat.* Idem ad A. 1483. n. ult. *Cognomen ei fuit* Lotter; *quod ipse in prima ad Eckium, Epistola ponit. Alii* Lautherum *appellabant. Verum quia primum illud in Germanica lingua mali est ominis, ut quod scurram atque adeo nihili hominem significet: alterum vero; numerum Antichristi in Apocalypsi designatum impleat includatque,* Martinus Luther *dici voluit, quod eadem lingua purum sonat.*

re. Ipſe tamen Martinus ex luto & terra, ſicut omnes nos formatum ſeſe, adeo non dememinit, ut nomen ſuum literis ad D. Juſtum Jonam A. 1527. datis T. 2. Epiſtolar. p. 344. ſubſignarit: *Martinus Luther, CHriſti lutum.* Joannes vero Cochleus in farragine indignorum commentorum, quam de Actis Lutheri inſcripſit, fingit nomen *Luder* ab eo abjectum, alioque permutatum fuiſſe, quod Luder Germanis auribus cadaver putridum ſignificet. Confer Rev. D. Val. Erneſti Lœſcheri ausführliche Reformations-Acta T. I. p. 202. Alii non dubitarunt Lutheri nomen corrumpere & interpolare, ut Antichriſti numeros in eo, ſive Latinis ſive Hebraicis exarato litteris reperirent. Hebraicis quidem Gilbertus Genebardus in Chronographia, ſuffragantibus Bellarmino lib. 3. de Rom. Pontifice c. 10. Tho. Malvenda T. 1. de antichriſto p. 718. & Florimundo Ræmundo lib. 1. Orig. hæreſ. c. 5. p. 21. hunc in modum:

| | |
|---|---|
| ל | 30 |
| ו | 6 |
| ל | 30 |
| ת | 400 |
| ר | 200 |
| | 666 |

David Pareus commentario in Apoc. XIII. T. 4. Opp. p. 747. *Nomen Lutheri verum, Græce vel Hebraice quomodocunque ſcribas, numerum* 666. *non reddit. Si Græce* λȣτὴρ, *ſunt* 908. *Si* λȣθὴρ

θὴρ, 717. *Si* λȣθῆρος, 847. *Si Hebraice* לותר 637. *Si* לותרוס 703. *Quod ſi illa epentheſis licita eſt Genebrardo*, ut ex Luther, Lulther faciat, *licita quoque mihi erit iſta ſyncope*, inquit B. D. Scherzerus Syſtem. Theol. p. 866. *ut pro Genebrardo poſſim* גנבארדות *Genebrardum Antichriſtum facere.* Latinis tamen litteris idem tentavit Guil. Lindanus lib. 3. dubitantii p. 302. & Jo. Aſtulphus apud Eman. Theſaurum in idea argutæ dictionis p. 379.

| | |
|---|---|
| M | 30 |
| A | 1 |
| R | 80 |
| T | 100 |
| I | 9 |
| N | 40 |
| L | 20 |
| A | 1 |
| U | 200 |
| T | 100 |
| E | 5 |
| R | 80 |
| | 666. |

Petrus vero Bungus libro de myſteriis numerorum p. 626. maluit numerum Antichriſti quærere in *Martin Lutera.* Florimundus Ræmundus, quem jam memoravi, etiam Græcas literas ad partes vocavit ſic;

A 3 A 30

| | |
|---|---|
| Λ | 30 |
| Ο | 70 |
| Τ | 400 |
| Θ | 9 |
| Ε | 5 |
| Ρ | 100 |
| Α | 1 |
| Ν | 50 |
| Α | 1 |
| | 666 |

Nomen quoque ipſum Lutheri in ſcomma ignominioſum, & exprobrationem errorum immoderatique Zeli vertere non dubitavit Thomas Morus, reſponſione ad Lutherum c. 20. p. 80, *pulcherrime & Wittenbergenſiſſime, quin & ſtolidiſſime & Lutheriſſime.*

At enim nomen ipſum Lutheri etiam non unum argumentum lætioris ominis, laudisque in ſe continet. Eraſmo lib. XVIII. Epiſt. 35. *repurgatorem* ſonat, quaſi Läuterer. Aliis *purum*, lauter, ut Matthæo Schienero, Epiſcopo & Cardinali Sedunenſi, qui lectis Lutheri ſcriptis pronunciaſſe fertur, *ô Luthere, Luthere, tu ſane ſecundum nomen tuum Lautherus es & limpidus.* *Et* Chriſtianus I. Elector Saxoniæ, Luther, du bleibſt wohl lauter, und ein reiner Theologus, ut poſt Jo. Wolfium T. 2. memorabilium p. 181. refert Jo. Jacobus Hottingerus in hiſtoria Eccleſiaſtica Helvetica, quam Germanice A. 1708. 4to. Tiguri in lucem edidit, T. 3. p. 48.

p. 48. Aliis ſonat *liberum* & libertatis aſſertorem ἐλευθέριον, ut Eduardo Leigh in opere vulgato Anglice, cui titulus: of Religion and learning, Lond. 1656. fol. p. 62. cui ſuffragatur Lutherus ipſe, qui litteras A. 1517. die Martini Epiſcopi datas ad Joannem Langum T. 1. p. 42. ſubſignavit: *F. Martinus Eleutherius, imo dulos & captivus nimis Auguſtinianus.*

Illi quidem, quibus volupe eſt eviſceratis verba quærere in verbis, anagramma hoc ſiniſtrum exſculpſere ex nomine *Martinus Luterus*, ter matris vulnus. Cui alterum iſtud verius facile repoſueris: *Vir multa ſtruens*, quod nummo expreſſum videre licet apud Clariſſ. Junckerum im Güldenen und Silbernen Gedächtniß Lutheri p. 24. Et Germanicum illud ex verbis: *Doctor Martinus Lutterus:* o Rom, Lutter iſt der Schwan: & D. Martinus Lutherus, *ut turris lumen das* clarum lampade verbi: ac quod in Catalogo Bibl. Schraderianæ Dresdenſis n. 3944. reperi, *Martin Luther* lehrt in Armuht. Nec non illud acrogramma Nicolai Ulneri, vicarii Pontificii Colonienſis A. 1520. *Lux Vera Totius Eccleſiæ Romanæ*, apud B. Nic. Selneccerum de vita Lutheri p. 42.

De prænomine MARTINI, quod D. Luthero à Parentibus inditum eſt, quoniam nocte ante diem S. Martino, Epiſcopo Turonenſi ſacram natus fuit, conferri poteſt Jo. Gottlieb Möller in laudata diſſ. §. 1. ſeq. Itaque in faſtis noſtris ſive Calendariis, Martini Lutheri nominis me-

moria recolitur die X. Novembris, quo Latina recentior Ecclesia Carolum Borromeum, Mediolanensem Archiepisc. & Cardinalem; Græca Erastum virum Apostolicum celebrat.

*Quo fuerit fastis adscriptum nomen in anno,*
*Dicere non ausim. Dicet qui noverit: At tu*
*Perlætare, Tuum quod sacrat pagina Cœli.*

Die proximo XI. Novembris obitur à Latinis memoria Martini Turonensis Episcopi, ut die XII. Martini I. Papæ, Monotheletarum adversarii, qui A. C. 654. ipsorum odio occubuit. Fuere qui Lutherum cum Martino Turonensi conferrent, qua de re infra capite singulari. Fuit etiam, quum A. 1505. Lutherus ingressus Patre suo invito & indignante monasterium Augustinianorum, pro Martino appellari se passus est *Augustinum*, qua de re itidem infra, undecimo capite, sicut etiam de sectatoribus ejus, qui ab illo *Martinistæ* vel *Martiniani*, sicut *Lutherani* appellamur. Cæterum ELIÆ EHINGERI *Martinalia Lutherana* celebrata Ratisbonæ, atque A. 1641. edita, continent Orationes tres, in quibus disquiritur an B. Lutherus sonticas causas habuerit Romanam Ecclesiam reformandi.

## II. Parentes, Genus &c.

Avus, *Heine* sive *Henricus Luther*, rusticus, rusticique filius.

Pater, *Hans Luther*, ex metallifossoribus in ditione Comitum Mansfeldensium, Jo. Mathesio

thesio ein Schiefer-Hauer, ardesiarius, ac denique Senator Mansfeldensis teste Philippo Melanchthone in D. Lutheri vita, defunctus Mansfeldiæ 29. Maj. 1530.

Mater *Margaretha Lindemannia*, b) Isenacensis, filia Lindemanni, Civis Neostadiensis in Franconia, quæ obiit Mansfeldiæ 30. Jun. 1531.

Frater *Jacobus.*

Hansen Luthers und Frauen Margarethen nach dem Leben abgebildete Contrafet, mit angehängtem Gespräch beyder des seel. D. Luthers Eltern. Augspurg bey David Francken, in Verlegung Steffen Michelspachers 1617. fol. Inde iconem Joannis Lutheri conjugisque Margarethæ habes in Clariss. Viri Christiani Junckeri güldenen und silbernen Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 8. & 9.

D. JO. FRID. MAYERI diss. de parentibus Lutheri, Gryphiswald. 1708. 4. in qua etiam leguntur Epistolæ duæ Lutheri quibus & Patrem & Matrem fatali morbo decumbentes ex tenerrimo affectu cordate solatus fuit. Eædem exstant T. V. Opp. Lutheri Altenburg. p. 11. & 587. b. & T. V. Jenens. Germanic. p. 26. & 359.

Jo. THIELII diss. Historica de genealogia Lutheri, Regiomont. 1695.



b) *Zieglerin* dicitur quibusdam fortasse quod pater fuerit ein Ziegler / coctor paratorque imbricum.

SEBASTIANI KORTHOLTI programma præmissum Orationi JO. CHRISTOPHORI KRUSIKE, Hamburgensis, in natalem D. Lutheri. Kilon. 1702.

## III. Calumnia de negato baptismo, & de Patre incubo Dæmone.

Sacro baptismi lavacro lustratum Lutherum die Martini, etiam ex prænomine ipsius Martino novimus: ipse se Islebiæ in templo S. Petri baptizatum ex fide parentum, patriæque suæ hominum scribit T. 1. Epist. 139. Testatur & Cœlius, Pastor Mansfeldensis, Concione funebri quæ memoriæ matris D. Lutheri dicata exstat T. VIII. Altenburg. p. 854. So weiß aber gleichwohl das diese Stadt Eisleben und das gantze Mansfeldische Land, daß er von ehrlichen frommen Eltern alhier zu Eisleben ehelich gebohren und als ein Christ getaufft worden 2c. Ut autem constet quantum odio suo dent Lutherani nominis hostes, ecce tibi Petrum Röstium, Jesuitam, qui in pseudojubilæo suo p. 145. cum patrem Luthero incubum dæmonem, matrem dæmoniacam fuisse scripsisset, *Dubitatur*, inquit, *an sit rite baptizatus; vel verius, an non ante baptismum à matre, Diabolo consecratus fuerit, quod ex præcedenti sequitur, atque ex matris & complicum improbitate.* Eadem de Lutheri Patre incubo dæmone fabula ex Cochleo apud Bzovium, Gretserum,

ſerum, Serarium, Genebrardum, Carolum a Creutzen, Johannem Naſs, ſive Naſonem, aliosque noſtri adverſarios legitur non magis ſobria quam Cajetani Vicich, Clerici regularis commentum, qui libro primo Thieneidos ſuæ c) ſive poëmatis de laudibus Thomæ de Vio Cajetani, quod Patavii 1686. 8. in lucem edidit, Lutherum finxit natum ex Megæra, atque ex orco in Germaniam protruſum. Certe non dubito ſanos quoslibet etiam ex Romanæ Eccleſiæ hominibus ſubſcripturos Lud. Maimburgii ſententiæ, qui in hiſtoria Lutheraniſmi lib. I. p. 17. de Luthero: *Natus erat Islebiæ, quod Comitatus Mansfeldenſis opidum eſt, A.* 1483. *non quidem ex incubo, ut quidam ad augendum ei odium ſine ſpecie veri ſcripſerunt,* non pas d'incube, ainſi que quelques uns pour le rendre plus odieux, l'ont ecrit ſans aucune apparence de verité, *ſed ut homines alii naſci ſolent, neque de hoc unquam fuit dubitatum, ne quidem poſtquam hæreſiarcha factus eſt: talis enim ut fieret, opus non erat in locum* Joannis Luderi *patris, diabolum ſubſtituere, &* Margarethæ Lindemannæ *matris honorem infamia talis genituræ contaminare.*

JO. CLOSII memoria D. Lutheri nati, ſive defenſio in modum Orationis compoſita. Witeb. 1616. 4.

D. JO. MöLLERUS in Luthero defenſo p. 5. ſeq.

c) Acta Eruditor. A. 1686. p. 573.

ſeq. & in defenſione Lutheri defenſi contra Carolum Crucium ſive à Creuzen, capite 1.

*D. Erneſti Salomonis Cypriani* Hilaria Evangelica p. 938. ſeq.

## IV. Patria non Bohemia, ſed Islebia: domus in qua natus fuit.

Natus eſt Lutherus *Islebiæ*, præcipua Comitatus *Mansfeldenſis* Civitate, quanquam parentes in vico Mœra, inter Iſenacum & Saltzungam ſito domicilium habebant. Sed non tam vicinam ſe partui opinata mater Islebiam ad nundinas profecta filium ibi enixa eſt. Fuere qui ex ipſis Mansfeldiæ Islebiæque nominibus laudem Luthero noſtro quæſivere: d) Lutherus ſolte nicht ſchleichend oder heimtückiſch ſeyn und im finſtern mauſen nach dem Gebrauch der Ketzer, ſondern frey öffentlich handeln als ein tapferer Mann im freyen Felde, darum muſte er ein Mannsfelder ſeyn. Eißleben aber iſt ſo viel als Eiſenleben, da es viel Eiſen und anderes hartes Metall giebet; ſo ſolte er die rechte ſeeligmachende Warheit predigen, dadurch das ewige Leben erhalten wird. Welche Lehre ſo hart und feſt iſt als Eiſen, daran die Widerſacher ihre Köpfe zerſtoſſen, und ihre Zähne ausbeiſſen müſſen.

Alii Islebiam ipſi inviderunt patriam, atque ut invidiæ majori objicerent, *Bohemum* eſſe vendita-

d) apud Rev. Henricum Würtzerum in Luthero Reformatore p. 249.

ditaverunt, quem perinde scilicet ut Hussum aut Hieronymum Pragensem cuperent flammis traditum perdere. Lutherus ipse Epist. 139. ad Georg. Spalatinum data A. 1520. T. 1. p. 227. *De parentela nemo certius referet quam Comites Mansfeldenses. Credo hos heroas tantum habere & nominis & autoritatis in Imperio, ut mereantur sibi credi. Suspicor hoc commentum* (de patria Bohemia) *esse seminatum ex* e) *Ochsenfartio Theologo Lipsiensi, qui & Eckium occisum effinxerat nostri explorandi gratia: homo satis impatiens suæ & aliorum pacis, paratus ubique nocere, miserrimus, nec potens tamen. Cæterum ego natus sum in Eisleben, baptisatusque apud S. Petrum ibidem. Hæc non memini: sed parentibus & patriæ hominibus credo. Parentes mei de prope Isennaco illuc migrarunt. Isennacum enim pæne totam parentelam meam habet: & illic ab eis sum agnitus & hodie notus, cum quadriennio illic litteris operam dederim. Nec ulla civitas me notiorem sibi habet. Spero autem non fuisse tam stultos, ut Lutheri filium, alius avunculum, alius consobrinum, quales ibi multos habeo, sibi duceret, si patrem & matrem Boëmos & alios, quam apud eos nati sunt, scissent. Reliquum ætatis in studio & monasterio Erfurdensi peregi, usque ad Witebergam: Magdeburgi etiam uno anno, quartodecimo scilicet ætatis fui.* Hæc de se Lutherus.

Domus

e) Hieronymo Dungersheim, sive Ochsenfarth, de quo Centuria à Madero edita n. 93.

Domus in qua lucem primum adſpexit Lutherus, inſtaurata eſt auſpiciis Senatus Islebienſis & A. 1693. 31. Octobr. diſtribuendis inter pauperes eleemoſynis, ſcholæque habendæ conſecrata eſt, in qua litterarum numerorumque elementa pueri docerentur. Vide GODFRIDI VOGLERI, Quæſtoris Islebienſis, Irminſulam Lutheri, Lipſ. 1694. fol.

## V. Thema LUTHERI natalitium, tempus quo natus eſt, dies, annusque.

Julius Cæſar Vaninus Exerc. VIII. amphitheatri Providentiæ Divinæ p. 66. *In Lutheri genitura erravit* Cardanus, *nam diem* 22. *Octobris anni* 1483. *illi natalitium facit, cum tamen natus ſit die* 10. *Novembris, hora prima ante mediam noctem, ut habet Calendarium Pauli Eberi, ut refert* Tycho Brahe *in libro de nova ſtella p.* 777. *qui diverſiſſime à Cardano Lutheri genituram exponit. Lutheri imaginem* f) *cum eſſemus Argentorati inſpeximus: & apoſtaſiæ ſignum facile deprehendiſſet Cardanus ex Mercurio quem præ ſe fert in ſexta domo: cæterum Venerem habet amicam, hinc gratioſiſſimus apud ſuos extitit.* Lucas Gauricus Epiſcopus Civitatenſis

f) Per imaginem hoc loco intellige non effigiem Lutheri, ſed genituram, ſive thema natalitium, poſitumque cœli eo tempore quo Lutherus natus fuit, de illo enim ſermonem eſſe Vanino, verba quæ ſeqvuntur diſerte demonſtrant.

tensis parte quarta tractatus Astrologici Venetiis editi 1552. 4. p. 69. b. genituram Lutheri exhibens, statuerat incidisse in d. 22. Octob. A. 1484. atque in ea observans quam vocat *miram satisque horrendam quinque Planetatum ♄ ☿ ♃ ♀ & ☉ coitionem in Scorpii asterismo, in nona cœli statione quam Arabes religioni deputabant*, audacter pronunciat hanc effecisse Lutherum *sacrilegum, hæreticum, Christianæ religionis hostem acerrimum atque prophanum.* Additque *ex horoscopi directione ad Martis coitum irreligiosissime obiisse.* Hieronymus vero Cardanus libro de centum genituris, genitura undecima reprehendit Gauricum, & thema Lutheri natalitium confert ad d. 22. Octobris hora 10. post merid. A. 1483. sicut Franciscus Junctinus quoque, ex cujus libro tertio judiciorum Ptolemæi, genituram Lutheri ad d. 22. Octobr. 1483. hor. 11. minut. post merid. refert Florimundus Ræmundus lib. 1. de origine hæresium cap. 5. Rident horum vanitatem Petrus Gassendus T. 1. philosophiæ Epicuri p. 505. b. Mottanus Vayerus T. 1. Opp. p. 263. edit. in 12. B. D. Jo. Frid. Mayerus Disp. 1. utrum fata Religionum dependeant ab astris, Hamb. 1700. 4. Petrus Bælius in dictionario Historico, in voce *Luther*, nota A. Petrus Petitus & Joannes Pelleterius in dissertationibus Gallice editis, ille de Cometis p. 104. hic de arca Noë p. 443. & Venerab. D. VAL. ERNEST. LOESCHERUS in Actis Reformationis quæ vulgavit Germanice T. 1. p. 204. Hic aliud etiam Thema

Thema natalitium, Luthero præclara quævis ominans memorat ad A. 1483. d. 10. Nov. hor. 11. minut. 15. poſt merid. notatum à Nic. Pucknero ejus æquali, qui Aſtrologica Firmici, Manilii aliorumque & aliquot annorum prognoſtica Argentinæ edidit, & cujus ſententiam illuſtravit ISAACUS MALLEOLUS in diſſ. de genitura Lutheri, ibid. 1617. Vide ſis etiam Joannem Garcæum in methodo Aſtrologiæ, quæ lucem vidit A. 1560. & Jo. Geneſii Sepulvedæ opera p. 29. b. Malleoli vero diſſertationem rarius obviam recudi fecit Rev. D. ERNESTUS SALOMO CYPRIANUS in hilariis Evangelicis p. 932. ſeq. qui Puckneriano etiam themati non adeo multum tribuendum eſſe docet in der Hiſtoriſchen Unterſuchung, welchen Tag der ſeelige D. Luther gebohren und geſtorben ſey. ibid. p. 936. ſeq.

De die nati Lutheri, quam de anno certius conſtat: nam *mater ejus pia & honeſta matrona Melanchthoni roganti reſpondit diem & horam nati filii* X. Novembris poſt horam XI. veſpertinam *certo meminiſſe, ſed de anno* fuerit ne 1483. an 1484 *dubitare. Frater Jacobus, vir honeſtus & integer, opinionem familiæ eſſe dicebat, natum eſſe à natali Chriſti A.* 1483. Præf. Opp. Lutheri Latin. T. 2. edit. Witebergenſis, & T. IV. declamatt. Melanchthon. p. 497. Confer Hilaria Evangelica p. 939. Codici Pſalmorum Hebraicorum edit. Frobenianæ, quo pridem uſus fuit Lutherus, & qui in Bibl. publica Reip. Gedanenſis adſervatur, iſpe ſua manu inſcripſit: *Anno*

1483

1483. natus ego. Vide Gabr. Groddeckii τȣ̃ μακαρίτȣ Epist. ad B. D. Georg. Henricum Gœzium in Novis lit. maris Baltici A. 1704. p. 78.

## VI. Præceptores, & libri lectitati à Luthero juvene.

Quadriennio (ab A. C. 1498.) litteris se operam dedisse Isenaci, g) canendo ostiatim conquirentem necessaria h) testatur Lutherus ipse Epistola ad Georg Spalatinum T. I. Epist. p. 227. & T. V. Altenburg. p. 316. reliquum ætatis ab A. C. 1503. in studio & monasterio peregisse *Erfurtensi* sumtu Patris sui, donec A. 1508. *Witebergam* se contulit. *Magdeburgi etiam*, inquit, *uno anno, quarto decimo scilicet ætatis* (1498.) *fui*, da ich mit Hans Reineck zu der Zeit zu den Null-Brüdern i) in die Schule ginge. T. 2. Altenburg. p. 159.

Nomina Præceptorum Lutheri hæc memorantur: B 1. BI-

g) Gestavit adhuc parvulum, in ludum litterarium Isenaci, Lutheri postea affinis Nicolaus Oemler sive Æmilius, Georgii Æmilii Superintendentis Stolbergensis pater, cui adhuc A. 1546. superstiti, cum per Islebiam postremum iter faceret, libro ejus dictum Christi Joh. XIV. 24. *Sermo quem auditis, non est meus, sed ejus qui misit me Patris*, ac simul hæc verba inscripsit: Meinem guten alten Freunde Nicolen Oemler, der mich pusillen und Kind auf seinen Armen hat in und aus der Schule getragen mehr dann einmahl, da wir alle beyde nicht wusten daß ein Schwager den andern trüge.

h) Matthæus Dresserus in vita Lutheri & libro de festis p. 175. ex Jo. Mathesio p. 3.

i) Franciscanos intellige.

1. BIGANDUS quem Joanni Friderico Duci Saxoniæ ad Paſtoratum Eccleſiæ Waltershuſanæ obtinendum com̃endat Lutherus litteris datis A. 1526. quæ exſtant apud Georg. Paulum Hönn, in hiſtoria Coburgenſi parte 2. p. 139. & B. D. Gœtzium de præceptoribus Lutheri p. 13. weil er mein Schul-Meiſter geweſen, und ich wohl ſchuldig wäre ihm alle Ehre zu thun, bitte ich ꝛc.

2. JOANNES GREVENSTEIN, à quo inter alia didicit Johannem Huſſum, præter jus & fas à Concilio Conſtantienſi innocentem ſupplicio addictum fuiſſe. Vide Jo. Wolfii memorabilia T. 2. p. 73. T. 1. Altenb. p. 530.

3. JOANNES GRYPHIUS ſive GREIFIUS, quem Erfurti Lutherus audivit. Vide Seckendorfii hiſtoriam Lutheraniſmi pag. 21. Hunc Gryphiswaldenſem patria fuiſſe, atque Gryphii nomen geſſiſſe ex more illius ætatis, quæ viros illuſtres à patria denominabat, ſuſpicatur B. D. Jo. Frid. Mayerus diſſ. de Luthero, Gryphiswald. 1710. §. 2.

4. *Joannes Hiltenius* inter Lutheri doctores refertur ab Andrea Angelo in libello cui titulus: Gewiſſer Bericht von Joh. Hilten. Franckf. 1697. Sed cum Hiltenius in cœnobio Franciſcanorum Iſenacenſi viveret, Lutherus nondum Iſenacum venerat: nec Hiltenius ab A. 1496. conjectus in vincula libertatem recuperavit donec A. 1502. morti datus eſt. Confer Clariſſ. Heumannum in gloria Iſenaci p. 5.

5. WOLF-

5. WOLFGANG OSTERMEYER, vulgo CAPPELMEYER, Theologiæ Doctor, cui canenti aures *) movebantur. Vide Christian. Franciscum Paulini in rerum & Antiquitatum Germanicarum syntagmate p. 126.

6. Præ cæteris plurimum Lutherus debuit pio atq; præclaro qui A. 1525. diem obiit, Doctori JOANNI STAUPITIO, Augustinianorum Vicario Generali: hic enim est qui Witebergam vocatum monuit ut posthabitis aliis sacras litteras lectitaret assidue, textualisque ac localis fieret: hic est qui eum ad Professionem Theologicam, & ut concionibus sacris daret operam, & Theologiæ Doctorem pateretur se creari, impulit: hic est denique qui afflictum, labantemque plus semel erexit, juvit consilio, confirmavit. Confer laudati B. D. Gœzii commentationem de Joanne Staupitio, Lubec. 1715. 4. & Reinhardi Henrici Rollii Bibliothecam nobilium Theologorum p. 212. seqq.

7. JODOCUS TRENTIRERUS A. 1519. defunctus k) quem Eisennacensem Theologum



*) Alia exempla hominum qui aures motitarunt, dant Procopius c. 8. anecdot. Cardanus de rerum variet. p. 288. Petitus de anthropophagis p. 73. Bælii Lex. *Hercule*, nota G. Vignolius Marcillius T. 1. Misc. p. 253. Crenius IX. animadvers. p. 163. Nouvell. de la Rep. des lettres 1686. p. 1021. &c.

k) Luther. T. 1. Epist. p. 179. & Epist. à Rev. D. Buddeo editt. p. 11.

gum & Philoſophum primum appellat Lutherus, & reverendum præceptorem ſuum in Epiſtola ad eum Erfurti verſantem data A. 1518. Tom. 2. Epiſt. 47. Confer laudati Paullini annales Iſenacenſes p. 129. Ab hoc profitetur Lutherus, licet Scholaſticam contemni mirum in modum indignante, ſe primo omnium didiciſſe *ſolis Canonicis libris deberi fidem, cæteris omnibus judicium, ut B. Auguſtinus, imo Paulus & Johannes præcipiunt.*

8. JOANNES TREBONIUS, qui Iſenaci in cœnobio Franciſcanorum Grammaticam Lutherum bene docuit, teſte Melanchthone in Lutheri vita: de illo enim intelligendum docet Seckendorfius hiſtoria Lutheraniſmi p. 20. ſeq. ubi etiam de Jodoco Iſenacenſi. *Frebonius* perperam expreſſum eſt hoc nomen in Juſti Schœpferi unverbrandten Luther p. 9.

9. BARTHOLEMÆUS USINGEN Auguſtinianus, quondam Lutheri Magiſter, poſtea primus acerrimusque adverſarius, de quo Abraham Bzovius ad A. C. 1526. n. 53. T. XIX. Annalium Eccleſiaſt. p. 647. b.

*D. Georgii Henrici Gœtzii* de præceptoribus Lutheri commentatio. Lubec. 1718. 4.

*Godofridi Chriſtiani Gœtzii*, filii, de libris à Luthero juvene lectis diatriba, meletema hiſtorico Epiſtolicum. Lipſ. 1721. 4to.

VII. Ca-

## VII. Calumnia de Diabolo, Lutheri Magiſtro a) confutata.

Eam in rem conſuli poſſunt:

*D. Paulus Antonius* diſſ. de pathmo Lutheri §.44.

*Petri Bælii* Dictionarium Hiſtoricum, vocabulo *Luther*, nota S.

FRID. BALDUINUS in in tractatione theologica & ſcholaſtica de Lutheri diſputatione cum Diabolo, Lipſ. 1605. 8. contra Serarium. Et in hyperaſpiſte Lutheri, cum notis prophylacticis. ibid. 1603. 4.

*Jacobus Baſnagius* Hiſt. de l'Egliſe XXV. 3. 7. T. 2. p. 1482. ſeq. & hiſt. de la Religion des Egliſes Reformées T. 1. p. 431. ſq.

*Jo. Claudius* defenſe de la Reformation 2. partie chap. 5. p. 331. ſeq.

JO. CONRADUS DANNHAUERUS im Bericht von der Diſputation des Teufels mit Luthero,



a) Hujus non puduit nobiles & ignobiles Lutheri è Rom. Eccleſia adverſarios, *Wilhelmum Lindanum*, dubitantii p. 64. 115. ſeq. *Nicolaum Serarium* in Oratione de Luthero Magiſtro A. 1603. primum vulgata, recuſaque Tom. 3. opuſculorum, cum logis pro Luthero Diaboli diſcipulo apologeticis & alogia apologiæ Balduini, *Antonium Varillaſium, Natalem Alexandrum, Jodocum Keddium, Florimundum Ramundum* hiſt. hæreſ. lib. 1. c. 15. *Boſſuetum, Nicolium* prejugez legitim. contre les Calviniſtes chap. 2. nec non *Eiſenhartum* in defenſione Joannis Tetzelii p. 11. alioſque. Anſam hi petunt ex iis quæ ſcripſit D. Lutherus libro de Miſſa privata, von Winckel-Meſſen, quam Latine vertit Juſtus Jonas nonnullis omiſſis.

im Abſage-Brief p. 385. & in memoria Thaumaſiandri Lutheri p. 39. ſq.

*Jo. Gerhardus* Locis Theologicis, T. V. loco de Eccleſia §. 269. & T. 1. Confeſſ. Cathol. p. 922.

D. *Georg. Henr. Gœtzius* diſſ. de præceptoribus Lutheri p. 16. ſeqq.

*Jo. Hœpfnerus* in Saxonia Evangelica Sect. 1. parte 2. cap. 1.

D. *Hector Gotfrid Maſius* in libro, defenſe de l'Egliſe Lutherienne contre les Docteurs de l'Egliſe Romaine.

D. *Jo. Frid. Mayerus* in Kriegen des HErrn p. 211. in geiſtlichen Reden p. 185. ſeq.

*Johannes Müllerus* in Luthero defenſo cap. 14. p. 157. ſq. & in defenſione Lutheri defenſi p. 346. ſeq.

D. JO. OLEARII programma in Rev. D. Bœrneri pietate Academiæ Lipſ. p. 198. ſeq.

D. *Chriſtoph. Matthæus Pfaffius* diſſ. de Euchariſtia, Tubing. 1718. p. 49.

VITUS LUD. SECKENDORFIUS in hiſtoria Lutheraniſmi lib. 1. p. 166. & in diſputatione Hiſtorica & Apologetica adverſus *Cordemoium*, b) edita à CASPARE SAGITTARIO

b) Pariſiis A. 1684. 8. tertia jam vice recuſus prodiit libellus Abbatis Cordemoii qui inſcribitur *recit de la conference de Diable A. 1533. avec Luther*, quem libellum integrum Latine verſum curavit recudi Seckendorffius, eique a[illegible]adverſiones ſuas & confutationem adjunxit. (Nouvell. de la Rep. des lettres 1685. Août pag. 924.) Idem Cordemoii ſcriptum iterato prodiit Gallice Pariſiis 1701.

TARIO Jenæ 1687. 4. Nouvelles de la Rep. des lettres A. 1687. p. 32. seq. Acta Erud. 1686. p. 606. Yung Students library p. 413.

D. GERHARDI TITII Vindiciæ Lutheranæ contra *Melchioris Cornæi* A. 1651. Herbipoli editam disceptationem Pitzliputzlii sive dæmonis cum anima monopisti Lutherani, & contra ejusdem destructionem Titiohamexandricam, *Jo. Georgii Wagemanni* dialogo, quem Cornæo ille objecerat, oppositam. Helmst. 1661.

D. *Elias Veielius* diss. Isagogica in Hist. Eccles. Natalis Alexandri p. 389. seq.

*Joannes Wolfius* T. 2. memorabilium p. 1004. è Matthæo Sutlivio.

*Melchior Zeidlerus* in examine examinis Jodoci Keddii über die Lutherische Religion p. 199. &c.

## VIII. Musices amans & peritus Lutherus, nec non artis tornatoriæ.

Illustris Seckendorfius in historia Lutheranismi p. 21. ex Vita Lutheri MS. scripta à Matthæo



vol. 12. in Volumine cui titulus: *Divers traittez de Controverse dediez à Madame de Maintenon par Mr. l'Abbé de Cordemoy.* (Memoires de Trevoux 1701. T. 2. p. 126. edit. Amst.) *Refutation de la reponse d'un Ministre Lutherien sur la Conference de Luther avec le Diable* &c.

thæo Razebergio, qui gloriosissimi Joanni Friderico, Electori Saxoniæ archiater fuit, refert vocalis quæ vocatur Musicæ non mediocriter gnarum fuisse Lutherum, ita ut in lineas sive notas canenda componere, aut composita corrigere posset. Delectabatur Gregoriano, qui dicitur, cantu, & hymnis ac responsoriis in figurati quem vocant toni leges redactis. Igitur cum commensalibus & filiis post cœnam sacra modulabatur cantica, voce quam Alti nomine appellat, utens. Subtristior, à cantionibus illis solatium petebat.

*Laurentii Drabitii* Widerlegung eines Kupfer-Stiches, darinnen Lutherus als ein Lauten-Schläger abconterfeyet. 4.

Arti etiam tornatoriæ ad corpus exercendum operam dedisse Lutherum, ex Epistola ejus ad Wenceslaum Lincum patet A. 1525. scripta T. 2. p. 292. b. *Quando apud nos barbaros nihil est artis aut culti ingenii, mihi & Wolfgango, meo ministro, ars tornandi suscepta est: mittimus hic aureum, rogantes ut instrumenta aliquot cavandi & tornandi nobis digneris cum tempore mittere, simul duas aut tres quas vocant (Schrauben) ut facile docebit tornator aliquis. Instrumenta habemus, sed aliquo elegantioris & vestræ Nurbergensis artis firmæ quærimus. Facies hæc: si quid supererogaveris, rependetur. Nam credo apud vos viliores esse omnino pretii, nisi molestum sit: ut si omnino Mundus nos noluerit alere propter Verbum, discamus*

*scamus manu victum parare, & serviamus indignis & ingratis ad imaginem Patris nostri in cœlis.*

## IX. Nominalium secta Erfurti imbutus. Creatus Magister Artium in eadem Academia A. 1503.

Erfurdiæ B. Lutherum, Tubingæ Philippum Melanchthonem Nominalium præceptis imbutos olim fuisse constat, inquit Jacobus Thomasius ὁ μακαρίτης, qui de Nominalium & his adversa Realium secta videndus dissert. de Doctoribus Scholasticis Latinis §. XVII. seq. Lipsiæ 1676. 4.

Philippus Melanchthon de Lutheri vita: *Gabrielem & Cameracensem pæne ad verbum recitare potuit, diu multumque legit scripta Occani, cujus acumen Thomæ & Scoto anteferebat: diligenter & Gersonem legerat, sed omnia Augustini monumenta & sæpe legerat, & optime meminerat.*

## X. E Juris Studioso Theologiæ se consecrans A. C 1505.

Post Grammaticam, Rhetoricam, & Philosophiam, Lutherus propinquorum suorum consilio c) legum studium inceperat, sed cum pul-



c) T. IX. Altenburg. p. 1561. b. D. Lœscheri Acta Reformat. T. 1. p. 207.

chre in hoc profeciſſet, præter omnium opinionem illo relicto ſacris ſe addixit, ita tamen etiam de Legum & Juris ſtudio, de Principibus ac Rep. bene meriturus.

JO. GOTTLIEB OLEARII diſſertatio de Luthero ex Juris ſtudioſo Theologo, & Caſp. Zieglero ex Theologo JCto. Lipſ. 1709. 4.

DAVIDIS NEHRMANNI Oratio de Jurisprudentia per Papiſmum deformata, per Lutherum vero reformata. Lundini Scanorum 1721. 4.

*C. Achatii Beckii* diſſ. de Jurisprudentia per emendationem Religionis reformata, Jen. 1717. 4.

*D. Jo. Chriſtiani Peterſen* Oratio, Roſtochii A. 1717. habita de Juris, inprimis publici prudentia à tempore Reformationis Lutheri in Imperio Romano Germanico inſigniter reformata.

Alia *D. Joannis Samuelis Heringii*, recitata circa idem tempus Stetini, de eo quantum Jurisprudentia Eccleſiaſtica Luthero ejusque Reformationi debeat.

*D. Chriſtiani Weidlingii* diſſ. A. 1717. Weisſenfelſæ edita de Jure Eccleſiaſtico ſtatibus Proteſtantium per pacificationem religioſam juſte vindicato.

XI. Mo-


## D. Luther in der We

Tc

Da mahlten sie ein groß Schif
Laye, auch weder Könige n
len und Bischöffen forne an, und
ten mit den Rudeln, und fuhren
Wasser um das Schiff, etliche e
Seilen, welche ihnen die Väter a
worffen, und ihnen holffen, daß s
auch mit gen Himmel kämen.
Münch im Wasser, sondern eitel
griff ihrer Lehre, was sie von w
wie sie in ihren Büchern hatten,
solcher Gesellen einer gewesen, d
anders gewust.

Wilhelmus Bidemba

*Pinxerunt triremen magnam, i
Christiana: in prora residebant
tus Sancti simulacro: sacerdo
remos, dirigentes cursum ad Cœlum
bant navim miseri, omnesque quib
funibus illos in navem attraherent,)
bant ipsis sancti Patres, quasi ex bo
vem conscendebant -- notandum aut
grege clericorum -- Hans picturam
lem, sito in sylva quæ vocatur Schæ*



## XI. Monachus Auguſtinianus in monaſterio Erfurtenſi A. 1505. prænomen Martini in baptiſmo datum, Auguſtino permutat.

Perſuaſione perfectioris vitæ Monachorum præ cæteris Chriſtianis, quam etiam pictura tunc paſſim obvia d) animo ejus magis impreſſerat: deinde terrore ex ictu fulminis propinqua ferientis, & ex inopino fato amici Alexii qui gladio confoſſus conciderat, perculſus, Monaſticam vitam amplecti decrevit, & amore vicarii generalis D. Joannis Staupitii & veneratione qua S. Auguſtinum, Auguſtinianumque Ordinem proſequebatur, hunc præ cæteris elegit, inconſulto etiam parente ſuo, qui poſtea re comperta ad filium ſuum dixit: Sehet zu, daß euer Schrecken nicht ein teufeliſcher Betrug geweſen iſt.

M. JOANNIS QVODVULTDEUS BURGER., Archidiaconi zu Merſeburg, Hiſtoriſche Nachricht von des Seel. Lutheri Münchs-Stand und Kloſter-Leben. Lipſ. 1717. 8. & auctior 1719. 8vo.

d) Luther. T. VI. Altenburg. p. 7. ſeq. Pictura illa obvia in Wilhelmi Bidembachii Papatu abnegato, atque inde in Jo. Wolfii memorabilibus T. 2. p. 855. repræſentat navem Eccleſ. in qua Papa cum Clero & Monachis cœlum petunt, Laicis per fluctus ſummo labore ad navem accedere illique ſe applicare, ne pereant miſeri, conantibus.

8. Vide inprimis caput 7. sq. & 18. Unschuldige Nachrichten von Theologischen Sachen. A. 1717. p. 141.

Joannes Donnerus in Monacho disarmato parte 2. Norimberg. 1631.

Wahrer Abdruck der Schriften, die in dem Augustiner-Kloster zu Erfurth, darein Lutherus war, und jetzo das Evangelische Weisen-Hauß ist, sind angemahlet gewesen. Gotha 1677. 8.

Liber tertius Sibyllinorum in vulgata, quæ exstat, collectione incipit his versibus:

*Ἐκ δὲ Σεβαςηνῶν ἥξει Βελίας μετόπισθεν*
*Καὶ ςήσει ὀρέων ὕψος, ςήσει δὲ θάλασσαν* &c.

Quos Sebastianus Castellio ita reddidit Latine:

*Ex Augustinis autem, volventibus annis*
*Adveniet Belial, qui celsa cacumina, montes* &c.

Hoc satis fuit Guilelmo de Alabastro, Anglo, apparatu ad revelationem JEsu CHristi, edito Antwerp. 1607. 4. ut Lutherum à Sibylla prædictum Antichristum inde colligeret, & velut ex monachis Augustinianis insignem digito monstrari affirmaret. At enim Σεβάςειοι sunt Cæsareani, quos Dio Αὐγουςεῖους, Tacitus *Augustanos* appellat, ab Augusto Cæsare. A Sibylla autem non hoc tantum loco sed & libro 2. p. 198. atque alibi per *Belial*, signari Neronem Imp. notare me memini in Bibl. Græca lib. 1. c. 32. §. 5.

Joannes

Joannes Lasitius Polonns lib. de Russorum & Moscovitarum religione: *Nulla re alia melius meriti de Rep. Christiana Monachi, quam quod nobis Lutherum produxerunt, virum certe incomparabilem: quicquid contra dicant cæteri monachi, ranæ illæ Apocalypticæ ex rictu bestiæ egressæ, falsis miraculis insignes, bellorum Evangelicis inferendorum faces, atque Novi Test. Pharisæi & Hypocritæ.* Jo. Wolfius T. 2. memorabil. p. 810.

Ordinem Augustinianorum ingressus Lutherus, ut vestem mutavit, ita pro Martino *Augustinus* appellatus, atque Augustini prænomine usus est, ut ipse testatur commentario in Geneseos c. XXXVI. 3. Siehe unser Exempel an im Pabstthum, wie da so eine grosse Thorheit gewesen ist, die Nahmen derjenigen zu verändern, die dem Pabste einen Eyd geschworen hatten, seine Satzungen zu halten. Ich bin in der Taufe Martinus genannt worden, darnach im Kloster Augustinus. Was könnte doch schändlichers oder ungöttlichers geschehen, als daß man den Tauf-Nahmen verwirft und fahren lässet um der Kappen willen, die einer angezogen hat?

Lutheri nullam mentionem faciunt eremitæ S. Augustini, qui Augustinianorum notitiam tradidere, ut Philippus Elssius in encomiastico Augustiniano, Bruxellis 1654. fol. Joseph Pamphilus, Episcopus Siguinus in Chronico Ordinis eremitarum S. Augustini, Rom. 1581. 4. nec Cornelius Curtius, quantum memini, in elogio Antwerp. 1636. 4to. Ordini

Ordini Auguſtinianorum renunciavit Lutherus & cucullum depoſuit, ſive ut verbis ipſius rem exprimam Epiſt. ad Spalatinum p. 19. ſupplementi Buddeani, *deſertor impietatis cucullinæ ad Evangelium ſpiravit* enixius A. 1524. Dom. XX. poſt Trinit. die IX. Octobris. Vide laudati Burgeri librum c. 18. p. 320. ſeq. Lutherum ipſum libro de votis Monaſticis, quem Patri, Joanni Luthero inſcripſit. Gabriel Groddekius ὁ μακαρίτης in Epiſtola ad B. D. Goczium, inſerta Novis litterariis maris Baltici A. 1704. p. 78. teſtatur in Bibliotheca publica Gedanenſi ſervari Pſalterium Hebraicum typis Frobenianis minori forma excuſum, cui Lutherus ſua manu hæc verba inſcripſit: *Anno* 1518. *abſolvit me D. Staupitius ab obedientia ordinis, & reliquit DEO ſoli, Auguſtæ: Anno* 1519. *excommunicavit me Papa Leo ab Eccleſia ſua. Et ſic ſecundo ab ordine abſolutus ſum. Anno* 1521. *excommunicavit me Cæſar Karolus ex Imperio ſuo. Et ſic tertio ſum abſolutus.* Etiam Auguſtiniani Witebergenſes in Conventu A. 1522. celebrato liberum reliquerant vel manere in monaſtice, vel deſerere monaſticen. Vide Seckendorfii Hiſt. Lutheraniſmi p. 214. & Relationes Novantiquas (Unſchuldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen) Ao. 1713. p. 903. ſeq. Lutheri Opp. Altenburg. Tom. 2. p. 15.

Johannes Elector Saxoniæ Luthero monaſterium deinde Auguſtinianorum dono dedit, quod Ele-

ctor Augustus ab ejus heredibus ter mille redemtum florenis A. 1564. donavit Academiæ Witebergensi. Vide Christiani Junckeri Güldenes und Silbernes Ehren-Gedächtniß p. 275. & Burgerum p. 103. seq.

Doctrinæ potius quam larvati ordinis respectu Augustinianum Lutherum vocat Hottingerus Histor. Ecclesiasticæ Seculo XVI. parte 2. p. 756.

D. GEORGII HENR. GOEZII diss. quantum moniales debeant Luthero. Lubec. 1707. 4to.

## XII. Presbyter ordinatus invitus A. C. 1507. Erfurti.

Lutherus ipse Epistola ad Joannem Braun Isenacensem vicarium data ex cœnobio Erphordensi 10. Cal. Majas 1507. T. I. Epist. sub init. *Ad decretum Patrum meorum die Dominica quarta, quam* Cantate *vocamus, futura hoc ipsum* (sacrum ministerium) *encæniare constitutum est. Is enim dies nostris primitiis DEO dicandis ob commoditatem Patris mei addictus est.* Idem in admonitione ad clericos in Comitiis Augustanis A. 1530. congregatos T. V. Altenburg. p. 209. Mein Weih-Bischof, da er mich zum Pfaffen machete, und den Kelch in die Hand gab, sprach ja nichts anders denn also: Accipe potestatem sacrificandi pro vivis & mortuis.

mortuis. Daß uns da die Erde nicht beyde verschlang, das war unrecht, und allzugrosse GOttes-Gedult.

Plura *D. Nicolaus Hunnius* libro Germanice edito de vocatione Lutheri. c. VII. p. 119. sq.

De poteſtate vero ordinandi, quam Presbyter exercuit Lutherus, conſuli poſſunt *B. D. Georgii Henrici Goetzii* diſſ. de Evangelii Miniſtris à Luthero ordinatis, Lubec. 1718. 4. *L. Gothofredi Voigtii* diſſ. de presbytero, legitimo Ordinationis Miniſtro ex præſcripto Juris Divini & humani. Roſtoch. 1680. 4. *D. Joannes Hulſemannus* in apologia Miniſterii Evangelii pro Miniſtro Ordinationis ſacerdotalis, Lipſ. 1658. 4. *D. Joannis Gerhardi* Loc. Theolog. de Miniſterio Eccleſiaſtico §. 152. *D. Jo. Frid. Mayeri* Geiſtliche Reden p. 77. ſeq. & T. 2. Muſei p. 689. *D. Erneſti Salom. Cypriani* Belehrung vom Pabſtthum cap. X. §. 6. ſeqq. p. 933-951. *D. Jo. Guntheri* Anhang an die Beſchluß-Schrift wider die Schleſiſchen Academiſten. Lipſ. 1702. 4. (Acta Erud. 1702. p. 527. ſeq.) & *Salomonis Lentz* Verantwortung des Berufs Lutheriſcher Prediger. Regenſpurg 1631. 8. Ex hiſce, quemadmodum & ex *D. Juſti Henningi Boehmeri* jure Eccleſiaſt. antiquo p. 410. & jure Eccleſiaſtico Proteſtantium T. 1. p. 468. *Davidis Blondelli* obſervatis libro de Epiſcopis & presbyteris p. 157. ſeqq. & auctore Gallo libri Delphis 1701. 12. editi, cui titulus: *prejugez faux & legitimes*, præjudicio ſecundo, reſpon-

respondere licebit ad objecta *Christiani Helwichii*, in libro quod presbyteri destituantur facultate ordinandi presbyteros, Uratislav. 1697. 12. *Natalis Alexandri* Hist. Eccles. sec. IV. diss. 44. §. 28. seq. p. 569. seq. &c. Non omittendum, quod apud Hebræos veteres quoque presbyter presbyterum ordinaverit, ut ex *Jo. Seldeno* lib. 1. de synedriis c. 14. p. 395. seq. & lib. 2. c. 7. p. 681. *Jo. Morino* de sacris Ordinationibus Exerc. VII. c. 4. §. 6. sq. p. 113. sq. & *Campegii Vitringæ* archisynagogo p. 426. notavit celeberrimus *D. Christophorus Matthæus Pfaffius* in Originibus Juris Ecclesiastici p. 44. &c.

## XIII. Invitus ad concionandum impulsus, à præclaro Doctore JOANNE STAUPITIO.

*Cyriacus* **Spangenberg im Adel-Spiegel** T. 2. lib. 7. c. 18. D. Staupiß hat D. Luthern, daß er sich im Predigen üben sollen, heftig vermahnet, dazu sich aber Luther (in Betrachtung, daß es nicht eine schlechte Sache ist an GOttes Statt mit den Leuten reden und ihnen predigen sollen) nicht gern bereden lassen wollen, und wohl XV. Argumenta, Vorwendungen und Ausflüchte gesucht, sich solches Berufs zum Predigt-Ampt zu entbrechen, und zuletzt gesagt: Herr Doctor, Ihr bringt mich um mein Leben, ich werde es

 nicht

nicht ein viertheil Jahr antreiben. Hätte Doctor Staupiß darauf geantwortet: wohlan in GOttes Nahmen, dem sey gleich also, wie soll man ihm denn thun, unser HERR GOTT hat grosse Geschäfte, und darf droben auch kluger Leute ꝛc. Und hat Martinus fort gemust, und zum ersten den Fratribus im Reventer, darnach auch öffentlich in der Gemeine predigen müssen.

## XIV. Prima Concio D. LUTHERI Evangelica.

Tabella ante annos centum amplius suspensa in templo Sagensi (est autem Saga pagus non procul distans ab opido Witebergæ vicino Pretzscha) testatur B. Lutherum in illo templo *primam concionem Evangelicam habuisse perhiberi*, quod Rev. JO. ELIAS ULICHIUS Pastor Pretzschensis Ecclesiæ in singulari dissertatione c) edita Witebergæ 1717. 4. & Miscellaneis Lipsiensibus T. VI. pag. 302. seq. inserta ita intelligit, ut *prima* illa dicatur Concio respectu eam *habentis* Lutheri: sed fateor & verba patiuntur & verisimilius videtur mihi *primam* dici respectu *templi* in quo habita est, eumque sensum manifesto etiam probat altera tabella, recentior licet, versibus inscripta Germanicis, in ejusdem templi cœmeterio conspicuis, hanc in sententiam:

Die

c) Inscribitur: ἐξέτασις ubi B. Lutherus primam habuerit Concionem Evangelicam.

Die Kirche welche hier vor deinen Augen liegt,
Hat Doctor Luther, selbst fast vor zweyhundert Jahren
Persönlich eingeweyht, nachdem es GOTT gefügt,
Daß sich die reine Lehr hier muste offenbahren.

Sane laudatus Ulichius ipse Concionem hanc ad annnm 1522. rejicit. At certum est ante hoc tempus multas Conciones Evangelicas à B. Luthero habitas fuisse, ut vel illæ de quibus infra Cap. XXII. dictum est, docere possunt. Quæ autem prima, vel ubi habita ab illo fuerit & quo tempore, nemo facile dixerit. Neque fortasse erret qui sibi persuaserit primam Lutheri Concionem eandem quoque primam ejus Evangelicam fuisse.

## XV. Professor Dialectices & Physices, Witebergæ Ao. 1508.

Vide Justi Schöpffers unverbrandten Lutherum pag. 14.

Lutherus ipse in Epistola ad Joannem Braunium, Sacerdotem Isenacensem data Witeb. 1509 Sabbato post Oculi, T. 1. p. 3. b. *Sum nunc jubente vel permittente DEO Witebergæ. Quod si statum meum nosse desideres, bene habeo DEI gratia, nisi quod violentum est studium maxime Philosophiæ, quam ego ab initio lubentissime mutarim Theologia, illa inquam Theologia, quæ*

*nucleum nucis & medullam tritici & medullam ossium scrutatur.*

## XVI. Baccalaureus ad Biblia, & Professor Theologiæ in Academia Witebergensi A. C. 1509.

*D. Nic. Hunnius* libro de vocatione Lutheri, c. 9. p. 158. sqq.

*D. Val. Ernesti Læscheri* Acta Reformationis T. I. p. 209. seq.

## XVII. Romam missus. A. 1510.

Cum quædam controversia orta esset, d) de qua congregationi Monachorum, Pontificis consilio & autoritate opus esse videretur, Lutherus Romam ablegatus fuit, & Pontificem militem e) vidit, Romanæque Curiæ mores & religionem observavit f) inprimis sacrificulorum negligentiam, qui priusquam Lutherus unam missam, ut

d) Dissidium inter Augustiniani Ordinis religiosos & conspirationes septem Monastetiorum adversus vicarium Generalem (Jo. Staupitium) in Germania, Bzov. ad An. 1517. n. 7.

e) Julium II.

f) Confer Rev. D. Cypriani Hilaria Evang. p. 377. & narrationem de profectione Lutheri in urbem Romam, quam exhibet Matthæus Dresserus in historia Lutheri, lit. N. ubi refert eum a Monachis propemodum interfectum, quos de non vitato carnis esu die Veneris, vetiti Pontificii admonuerat.

ut vocant, absolveret, septem celebrarant, dicentes, *passa, passa*, id est festina & matri Filium remitte. Horum aliquos audiuit g) de consecratione sua narrantes: panis es, panis manebis, vinum es, vinum manebis. Inde igitur cum indignatione & tristitia Witebergam reversus &c. *Haec Nic. Selneccerus in Lutheri Vita pag.* 18.

## XVIII. Licentiatus Theologiae A. 1512. Witebergae.

Acta Rev. Facultatis Theologicae Witeb. apud B. D. Mayerum ad Selneccerum de vita Lutheri p. 32. *Anno Domini* 1512. *sub Decanatu Andreae Carolstadii in die S. Francisci* (4. Octobr.) *collata est licentia Magistrandi in sacra Theologia religioso Patri Martino Lüder, artium Magistro & fratri Augustiniano.*

## XIX. E. Licentiato Doctor Theologiae creatus ab Andrea Bodenstein Carolstadio A. C. 1512. d. 19. Octobr. in eadem Academia Witebergensi.

D. MARTINUS CHLADENIUS programmate de Doctoratus dignitate Luthero collata. Witeb. 1717. 4.



g) Jo. Mathesius vita Lutheri p. 6.

JO. FORSTERUS Oratione panegyrica de Doctoratu & conjugio Lutheri, contra Jacobi Gretseri h) calumnias. Witeb. 1612. 4. qui hæc affert ex libro statutorum Rev. Facultatis Theologicæ Witebergensis: *Decima octava Octobris, quæ fuit festivitas S. Lucæ, religiosus Pater, frater Martinus Luder, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, S. Theologiæ Licentiatus, hora prima pomeridiana secundum formam statutorum à Magistro nostro eximio Domino Archidiacono omnium Sanctorum* Andrea Bodenstein [ex Carolstadt *vesperatus est, præsentibus Dominis de Universitate, plurimisque aliis venerabilibus hospitibus. Sequenti die ad pulsum majoris campanæ congregatis, ut prius, patribus & hospitibus idem Pater à præfato Magistro nostro* Andrea *doctoralibus insigniis in S. Theologia secundum formam statutorum est insignitus.*

*Nicolaus Hunnius* libro Germanice edito de vocatione Lutheri ad Ecclesiam reformandam cap. VIII. p. 133. sqq. ubi inter alia docet Lutherum Doctoris dignitate & juribus animum suum in tentationibus, hostiumque persecutionibus egregie confirmasse, cujus rei testis insignis *Jo. Mathesius* in vita Lutheri p. 7. Dieses ordentlichen und öffentlichen Beruffs, so ihm von einer bestättigten und löb-

h) In Luthero Academico c. 3. & 26.

löblichen Universität, im Nahmen und auf Befehl der hohen Kayserlichen Majestät, und des Stuhls zu Rom, nach Rath und Beschluß seiner Præceptoren und fürgesetzten geistlichen Obrigkeit, und auf gnädigste Beförderung und darlag seines Churfürsten und Land-Herrn aufgetragen, und auf seinem theuren Eyde, den er GOTT, der heiligen Schrifft, und der Universität zu Wittenberg gethan, hat er sich offt in grossen Nöthen und Kämpffen getröstet und aufgehalten, wenn ihm Teufel und Welt hat wollen angst und bange machen, wer es ihm befohlen? Und wie ers verantworten wolle, das er ein solch Wesen in der gantzen Christenheit anrichte? Da, sage ich, hat er sich seines ordentlichen Doctorats und öffentlichen Befehls, und theuren Eydes erinnert und getröstet, drauf er auch seine (zwar GOttes) Sache, im Nahmen Christi mit Ehren, und vieler Leute Seeligkeit unerschrocken fortbracht, und mit GOttes Hülffe redlich hinaus geführet hat.

*D. Jo Frid. Mayerus* diss. de Carolstadio § 3. & ad vitam Lutheri à Nic. Selneccero scriptam p. 31. seq.

D. JO. GOTHOFREDI MEIERI, J. U. D. & Professoris Moralium Giessensis diss. de Doctoratu Lutheri. Giessæ 1717. 4.

*Nic. Selneccerus* in vita Lutheri p. 28. ubi ex obedientia Patrum, & Staupitio id serio urgente, Sereniss. Electore autem sumtus li-

beraliter ſuppeditante, Doctoratum ſuſcepiſſe oſtendit, non ſine tenuitatis ſuæ modeſta cogitatione. Eadem ante Selneccerum teſtatus fuerat *Jo. Matheſius* vita Lutheri p. 7. & Lutherus ipſe auf das vermeynte Käyſerliche Edict T. V. Altenburg. p. 559. Ich aber Doctor Martinus bin dazu geruffen und gezwungen, daß ich muſte Doctor werden ohne meinen Danck, aus lauter Gehorſam, da habe ich das Doctor-Ampt müſſen annehmen, und meiner allerliebſten heiligen Schrifft ſchweren und geloben, ſie treulich und lauter zu predigen und zu lehren. Uber ſolchem Lehren iſt mir das Pabſtthum in Weg gefallen und hat mirs wollen wehren, darüber iſts ihm auch gangen wie für Augen, und ſoll ihm noch immer ärger gehen.

*Cyprianus Spangenberg* Concione III. de Luthero, ubi egregii Doctoris munere functum eſſe demonſtrat. Lutherus ipſe in Epiſtola de interpretatione T. V. Altenburg. p. 272. Ihr Läſtern iſt mein höchſter Ruhm und Ehre, ich will doch ein Doctor, ja auch ein ausbündiger Doctor ſeyn, und ſie ſollen mir den Nahmen nicht nehmen, biß an den jüngſten Tag, das weiß ich fürwahr.

*Melchior Zeidlerus* in Keddio confutato pag. 148. ſeq.

Lutherum non commiſiſſe perjurium quod Docturæ inſignia non ab Erfurtenſibus, ſed à Witeber-

tebergenſibus ſuſceperit, docet B. *D. Jo. Frid. Meyerus* in συμμίκτοις de Luthero, Gryphiswald. 1709. 4. n. 2. Lutherus ipſe criminationem cujusdam Magiſtri *Joannis Nathin* retundens in Epiſtola ad Seniores Conventus Erfurdienſis Ord. Eremitarum S. Auguſtini: *) *Non ideo ſum perjurus, quia alibi promotus ſum. . Scit enim utraque Univerſitas & vos omnes, quod in principium in Bibliam* i) *in quo ſolitum eſt jurare, Erfurdiæ non feci: nec ſum mihi conſcius ullius juramenti in toto curſu meo facti. Et in principium ſententiarum quidem Erfurdiæ feci, me juraſſe credo quod non affirmabit ullus.*

## XX. Vicarius Auguſtinianorum A. 1516.

In Epiſtolis A. 1516. datis T. I. p. 18. 25. 30. 34. ſubinde nomen ſuum ſubſcribit hoc modo: *Frater Martinus Lutherus, Vicarius particularis* vel *vicarius diſtrictus.* p. 19. b. vel *vicarius medius Auguſtinenſium* p. 23. & p. 49. b. *F. Martinus Lutherus, ſacræ Theologiæ Profeſſor & Vicarius per Miſnam & Thuringiam Eremitarum S. Auguſtini.*

*) T. 1. Epiſt. p. 7.

i) Baccalaureatum Theolog. de quo ſupra c. 16.

## XXI. Concionator Conventualis: Ecclesiastes mensæ, & parochialis prædicator Witebergensis, regens studii, terminarius &c.

Lutherus Epistola ad Jo. Langum data 26. Octobr. 1516. *Opus est mihi prope duobus scribis seu Cancellariis, pæne nihil per diem ago quam litteras scribo, idcirco nescio an eadem semper repetens scribam: tu videris. Sum concionator conventualis, Ecclesiastes mensæ, desideror quotidie & parochialis prædicator: sum regens studii, sum vicarius, id est decies prior, sum terminarius* k) *piscium in Litzkau, actor causarum Hertzbergensium in Torgau, Lector Pauli, Collector Psalterii, & illud quod jam dixi majorem partem occupare temporis mei, Epistolarum scribendarum negotium.*

## XXII. Sermones & Scripta Lutheri atque Epistolæ, quæ exstant exaratæ ante theses Indulgentiis oppositas.

Sermo in Natali CHristi habitus Anno 1515. in

k) Cujus esset reditibus ex piscina Litskaviensi pro Ordinis Augustiniani Cœnobio exigendis invigilare. Confer. Rev. Alberti Menonis Verpoortenii præf. ad sacra superioris ævi analecta p. 9.

in laudati Lœſcheri Actis Reformat. T. I. p. 231. è MS.

Sermo de propria ſapientia & voluntate, in die S. Stephani. A. 1515. in ædicula Auguſtinianorum. id. p. 243.

Sermo in die S. Joannis, in parochia habitus An. 1515. id. p. 252.

Sermo de indulgentiis A. 1516. id. p. 729. Alii ſermones XII. varii argumenti. An. 1516. habiti. vid. p. 729 - 775.

Schluß-Rede oder 3. Concluſiones mit ihren corollariis, von den Kräfften und Willen des Menſchen ohne die Gnade: Ao. 1516. *) in den Hälliſchen Theil der deutſchen Schrifften Lutheri p. 1. & T. 1. Witeb. Latin. p. 92. T. 1. Jen. Lat. pag. 1. Germanice & Latine in D. Lœſcheri Actis Reformat. T. 1. p. 328. addita etiam explicatione qualis prodierat in relationibus innocentibus A. 1703. p. 554 & fragmentum lectionum Lutheri, pag. 340. quale exſtat in iisdem relationibus (Unſchuldigen Nachrichten) A. 1703. p. 244. 430.

Sermo contra vitium detractionis A. 1516. in D. Lœſcheri actis Reformat. T. 1. p. 259.

Auslegung der zehen Gebote, zu Wittenberg geprediget A. 1516. ſq. Prodiit Baſil. & Auguſtæ Vindel. 1520. & in Tom. Opp. Hallenſi p. 2-83. Latine vero Lipſ. 1518. 4. & T. 1. Jen. p. 102. Witeberg. T. 1. p. 1. & apud D. Lœſcherum p. 577 - 728. qui initium etiam Germanice adjunxit. Fra-

*) Adde T. I. Epiſt. 18. p. 23. b.

Fragmentum sermonis in die D. Martini habiti A. 1516. apud laudatum Lœscherum T. 1. p. 269.

Vorrede über das Buch, deutsche Theologia genañt. ibid. p. 299. & T. 1. Isleb. p. [illegible] T. 1. Altenburgens. p. 12.

Vorrede über das Büchlein, was der alte Mensch sey A. 1516. T. 1. Isleb. p. 1. T. 1. Altenb. p. 13. & in D. Lœscheri actis Reformationis T. 1. p. 301.

Sermo in illud Johannis, 1 Epist. V. 4. *Omne quod natum est ex Deo, vincit Mundum,* A. 1517. præscriptus Præposito in Litska, editusque a B. Alberto Menone Verpoortenio, in superioris ævi analectis p. 198. Coburg 1708. 8. & in D. Lœscheri Actis Reformationis T. 1. p. 221.

Sermones II. die Resurrectionis Domini, A. 1517 apud Lœscherum p. 270. 275. è MS.

Sermones breves in die Visitationis Mariæ, & VIII. ac X. post Trinit. in vincula Petri, in die Laurentii, in festo Adscensionis Mariæ, in festo Bartholomæi Apostoli, in XIV. post Trinit. die S. Matthæi, Dom. XIX. & XXI. post Trinit. id. p. 277-299. è MS.

Predigt von den sieben Todt-Sünden A. 1717. in den Hällischen Theil p 83.

XCIX. Conclusiones oder Schluß-Reden wider die Theologie der Schul-Lehrer. ibid. p. 87. & Latine T. 1. Jen. p. 9. T. 1. Witeberg. p. 55.

Aus-

Auslegung des Vater Unsers, gepredigt in der Fasten 1517. prodiit Lipsiæ 1518. & in Tomo Opp. Lutheri Hallensi p. 90-110. T. 1. Jen. p. 67. T. 6. Witeb. p. 33.

Sermo de indulgentiis A. 1517. in D. Lœscheri Actis Reform. T. 1. p. 734.

Sermo die Circumcisionis A. 1517. de circumcisione & justitia fidei, id. p. 775. alius die Epiphaniæ id. p. 780. Dom. III. post Epiphan. id. p. 787. Dom. Septuagesimæ p. 789 Sexagesimæ p. 791.

Sermo de pœnitentia A. 1517. id. p. 567. ex edit. Opp. Lutheri Basil. 1519. 4. R. 6. & T. 1. Latin. Jen. p. 13. & Witeb. Tom. 1. pag. 59.

Epistolæ XXIIX. scriptæ à D. Luthero ab A. 1507. ad 1517. apud D. Lœscherum Tom. 1. Act. Reformat. p. 796--833.

Epistola ad Albertum Moguntinum Archiep. data Witeb. in vigilia omnium Sanctorum An. 1517. *Latine* T. 1. Jen. Latin. p. 1. b. & T. 1. Epist. p. 37. b. & in B. D. Mayeri Ecclesia Papæa Lutheranæ Reformationis Patrona p. 7. *Germanice* (ex Justi Jonæ, ut videtur versione) T. 1. Jen. p. 6. T. IX. Witeb. p. 13. & T. 1. Altenb. p. 13. *Latine & Germanice* in laudati Lœscheri Actis Reformationis T. 1. p. 476. & in V. C. *Jo. Erhardi Kappii* Sammlung von Ablaß Lipſ. 1721. 8. p. 292. ex originario Archivi Svecici, quod laudatus D. Mayerus consuluerat, & p. 297.

XXIII.

## XXIII. D. LUTHERUS triplici vice versatus DRESDÆ. Sermo ejus de vi excommunicationis.

A. 1516. quo tempore D. Staupitius visitator erat, monachos graviter hortatus ad Bibliorum lectionem, & ad pietatem diligentius colendam.

A. 1517. Concionatus etiam publice in templo Arcis 25. Jul. die Jacobi, ita ut Ducis Saxon. Georgii, (licet contra tunc nitentis) aliorumque animos commoverit: postea in coena apud Hieron. Emserum exceptus clamoribus Magisterculi cujusdam Thomasterculi Lipsiensis, cui os obturavit, (T. 2. Epist. p. 44. b.)

A. 1518. ubi per sermonem de excommunicatione, Witeb. prius habitum, crabrones irritasse se sentiens, animum appulit edendo Latine sermoni *de virtute excommunicationis*, quem ait à linguis tertiis sibi tandem everberatum. Lipf. 1518. 4. & T. 1. Latin. Opp. Witeb. p. 62. T. 1. Jen. p. 164. & in Rev. D. Lœscheri Actis Reformationis T. 2. p. 377. Ejusdem argumenti sermo plenior prodiit deinde Germanice A. 1520. atque exstat T. 1. Altenb. p. 474.

*M. PAULI CHRISTIANI HILSCHERI*, Pastoris Palæodresdensis, von Lutheri drey-

mah-

mahligen Anwesenheit in Alt-Dreßden, und seinen dabey gehabten Verrichtungen, nebst einer kurtzen Beschreibung des vormahls allhier gewesenen Augustiner - Einsiedler - Klosters. Dreßden 1728. 8.

*W. E. Tentzel* in Historischen Bericht p. 186. seq.

## XXIV. Theses anti Tezelianæ XCV. A. 1517. 31. Octobr. die l) Wolfgangi.

1. Exstant *Latine* Witeb. 1517. 4. sub titulo: Disputatio D. Martini Lutheri, Theologi, pro declaratione virtutis Indulgentiarum ac deinde in Opp. Lutheri Latinis.

*Resolutiones* sive *probationes* earundem thesium A. 1518. die S. Trinitatis ad Leonem X. missæ à Luthero, exstant itidem Latine in edit. Basil. Opp. Lutheri A. 1519. 4. & T. 1. Jen. p. 66. T. 1. Witeb. p. 102. & in Actis Reformationis Venerandi Lœscheri T. 2. p. 183. & cum prolusione *D. Henrici Muhlii.* Kil. 1717. 4.

Theses ipsæ recusæ Latine quidem in Hilariis Evangelicis p. 1013 in Hermanni ab Hardt historia Reformationis parte IV. p. 16. & cum D. *Martini Chladenii* mantissa, Witeberg. 1717. 4. & cum notis D. *Joach. Langii,* Halæ Sax. 1717.

Jo.

l) Inde putidum scomma Jesuitæ Dillingensis, in unschuldigen Nachrichten A. 1717. p. 285.

Jo. Tetzelii, Pirnensis, Dominicani, formulam absolutionis cum thesibus Lutheri eidem oppositis exhibet B. *D. Jo. Frid. Mayerus* ad Selneccerum de vita Lutheri p. 45. sqq. Easdem quoque vulgavit deinde separatim cum appendice quaestionum.

*Germanice* ex Justi Jonae versione T. 1. Altenb. p. 14. T. 1. Jen. p. 7. b. T. 9. Witeb. p. 9.

*Germanice & Latine* infra, n. 7.

Conferendus illustris *Seckendorfius* Hist. Lutheranismi p. 25. seq. & W. E. Tentzelii Historischer Bericht c. 2.

2. *D. Val. Ernestus Læscher* in vollständigen Reformations - Acten und Documenten T. 1. cap. 18. sqq. p. 355. sqq. ubi etiam de *Lutheri* Sermone m) de indulgentiis p. 467. ejusque apologia n) contra Tetzelium pag. 524. Epistola ad Albertum o) Electorem Moguntinum p. 475. & Collatione cum Abbate Leninensi p. 482. Nec non de *Tetzelii* Instructione summaria p) pro Sacerdotibus de efficacia indulgentiarum p. 415. & de scripto adversus sermonem Lutheri edito, pag. 484. quod Germanice, & de disputatione duplici p. 503. sqq. quae Latine subjungitur ex Tom. 1. Jenens. Latin. p. 93. b. (Germanice exstat T. 1. Altenburgens. pag.

m) T. 1. Altenb. p. 56.
n) ibid. p. 58.
o) T. 1. Altenburg. p. 13.
p) Herm. van der Hardt hist. Reformat. parte 4. p. 14.

pag. 18. 22. T. 1. Jen. p. 12. 16. T. 9. Witeberg. p. 13. a. 16. b. Idem laudatus *Læscherus* T. 2. Actor. Reformationis cap. 1. & 2. ubi p. 9. inter alia de thesibus Tezelii per studiosos, Wimpina instigante, combustis sed Luthero inscio, (qui illud se auctore factum negat T. 1. Epist. p. 54. b. 61.)

3. *Jo. Jacobus Vogel* in vita Jo. Tetzelii, edita Germanice, Lips. 1717. 8. Confer ejusdem Vogelii Annales Lipsienses p. 80. 91. 92. 102. Et de taxa pœnitentiaria qua Tetzelius usus fuit, consule vitam p. 202.

4. *Godofredi Hechtii* de vita *Jo. Tetzelii*, Quæstoris sacri, Witeberg. 1707. 4. & auctiore editione 1717. 8. quæ adjunctam habet *Friderici Myconii* ad Paulum Eberum datam Gotha 21. Febr. 1546. Epistolam, primordia emendatæ Religionis illustrantem. Eadem Epistola deinde excusa separatim Germanice interprete *Jo. Friderico Betranio*, Ulmensi, qui notas etiam addidit, Halæ Sax. 1728. 8. *Frid. Myconii* erbauliches Schreiben von seiner Bekehrung ꝛc.

5. *Hugonis Wismeideri*, J. U. D. Historische Untersuchung von der Lästerung q) des Päbstischen Ablaß-Krähmers Jo. Tetzels wider die heilige

D Mut-

q) Illi blasphemiæ, cujus etiam in scriptis gloriosissimæ memoriæ Principis Georgii Anhaltini p. 121. fit mentio, B. Lutherus hanc thesin opposuerat: *Opinari, venias papales tantas esse, ut solvere possint hominem, etiamsi quis per impossibile Dei genitricem violasset, est insanire.*

Mutter GOttes. Ex edit. Jen. 1718. 8. in Reverend. D. Ernesti Salom. Cypriani Hilariis Evangelicis p. 963. sqq. Unschuldige Nachrichten 1719. p. 833. Sigillum diplomati indulgentiarum Leonis X. A. 1518. affixum exstat p. 1012.

6. *Christiani Schœtgenii* Jubilæum Tetzelianum oder Nachricht von Jo. Tetzels zu Franckfurt an der Oder A. 1518. Vigilia Agnetis (20. Jan.) gehaltenen Disputation, in iisdem Hilariis p. 977. sqq.

7. Schauplatz des Tetzelischen Ablaß-Krähmers nebst *D. Ernst. Salom. Cypriani* Bericht, wie das Jubilæum in Gothischen zu celebriren. Erfurt 1717. 8. In hoc libello reperies: 1) Indulgentias Leonis X. per Albertum Archiep. Moguntinum promulgatas, una cum sigillo, Latine & Germanice. 2) Indulgentias quas Tetzelius tanquam Joannis Angeli Arcimboldi, protonotarii Apostolici vel 3) Alberti Archiep. Moguntini subcommissarius dispensavit. 4) Excerpta ex Tetzelii instructione summaria de commenmendandis pro Concione Indulgentiis. 5) Rythmos quorum initium & argumentum, r) *hic des devote, cœlestibus associo te* &c. Latine & Germanice. 6) Theses B. Lutheri XCV. Tetzelio oppositas, Latine cum Germanica Justi Jonæ versione. Utra-

r) Ediderat B. D. Henr. Hœpfnerus in Saxorum Evangelica pag. 124.

Utraque lingua etiam illas cum obſervationibus nonnullis exhibet D. Valent. Erneſtus Lœſcherus, in den vollſtändigen Reformations-Acten T. 1. p. 438. In editione autem ſylloges illius auctiore Lipſienſi 1720. 8. præfixum eſt auctoris nomen, qui eſt *Jo. Eberhardus Kappius*, vir præclariſſimus cui etiam alteram longe uberiorem collectionem debemus Lipſiæ 1721. 8. editam hoc titulo: Sammlung einiger zum Päbſtlichen Ablaß überhaupt, ſonderlich aber zu der zwiſchen D. Luthern und Jo. Tetzeln hiervon geführter Streitigkeit gehörigen Schrifften.

Quod neutiquam æmulatione Auguſtinianorum adverſus Dominicanos permotus, vel à Staupitio inſtigatus Lutherus Tetzelium oppugnaverit, probat M. Jo. Qvod vult Deus Bürger, von Lutheri Münchsleben c. 16. pag. 290. ſqq. Vide & c. 12. p. 224. ſqq. ubi de Dominicanorum adverſus Auguſtinianos odio: atque illuſtrem Seckendorfium Hiſt. Lutheraniſmi. p. 15. 23. &c.

## XXV. Scripta Anni. 1518.

Sermo de virtute excommunicationis, de quo ſupra n. XXII. & alius de pœnitentia To. 1. Jen. Germanic. p. 63. b. & Tom. 1. Altenb. p. 71. & in D. Lœſcheri Actis Reformat. T. 2. pag. 512. ex veteri editione A. 1518. Idem de aliis ſermonibus hoc anno editis vi-

dendus p. 584. sqq. qui etiam duos de passione CHristi sermones p. 587. & 591. Latine exhibet.

Epistolæ XLII. hoc anno à Luthero scriptæ, ib. p. 597--648.

Lutheri ad Leonem X.. Epistola An. 1718. 30. Maji data exstat Latine T. 1. Epist. pag. 68. & in collectione Opp. Basileens. A. 1519. & T. 1. Witeberg. Latin. p. 100. b. Jenens. T. 1. p. 74. & in D. Lœscheri Actis Reformationis T. 2. p. 176. Germanice T. 1. Altenb. p. 66.

Scheda contra Jac. Hochstratanum s) id. p. 323. & contra Scholasticorum sententiam de libero arbitrio, ad locum Ecclesiast. VII. *non est justus in terra.* id. p. 325.

Theses XCIX. PRO BIBLIIS, Respondente Franc. Günthero Nordhusano, in D. Lœscheri Actis Reformationis T. 1. p. 540. ex T. 1. Jenens. Latin. p. 8. b.

Conclusiones XL, A. 1518. 26. April.

Asterisci XXX. adversus Jo. Eccii XXX. obeliscos, & Theses XIII. contra eundem Eccium, de quibus infra n. XXXII.

Auslegung des CXden Psalms. T. 1. Jen. p. 89. T. 8. Witeb. p. 575. T. 1. Altenb. p. 101.

Instructio pro Confessione peccatorum abbrevianda. E Latino Germanice A. 1522. vertit Justus Jonas T. 1. Altenb. p. 894.

Dis-

s) Confer Seckendorff. pag. 38.

Diſputatio HEIDELBERGENSIS, 6. Cal. Maj. An. 1518. & probationes Concluſionum XXVIII. ex Theologia T. 1. Jenenſ. Latin. p. 23. b. T. 1. Witeb. p. 141. & præterea in laudati Lœſcheri Actis Reformat. T. 2. c. 4. qui etiam reſolutiones duarum Concluſionum ex Philoſophia oportune addidit ex ſupplemento Epiſtolarum Lutheri Buddeano p. 297. notatque reſolutiones cæterarum ſervari in Bibl. Sereniſſ. Ducis Gothani, ſed Michaële Stifelio auctore, non Luthero. Conf. W. E. Tentzelii Hiſtoriſchen Bericht von der Reformation p. 328.

Diſputatio eadem ex J. G. Zeidleri verſione in Tomo Operum Lutheri Hallenſi Germanico pag. 122.

Diſputatio Circularis, pro veritate inquirenda & oneratis Conſcientiis conſolandis, theſes 50. in libello Diſpp. Lutheri An. 1538. & T. 1. Jen. p. 25. T. 1. Witeberg. p. 53. & in D. Lœſcheri Actis Reformationis T. 2. pag. 580. nec non Germanice in Tomo Opp. Hallenſi p. 133.

Theſes IX. de Circumciſione, Latine in Tom. 1. Jen. ac Witeb. & Germanice T. 1. Hallenſ. p. 135.

Præfatio in S. Auguſtini librum de Spiritu & littera T. 1. Epiſt. p. 55.

Harmonia IV. Evangeliſtarum de paſſione CHriſti. Eam A. 1518. dictatam à Luthero, vul-

gaturum se è MS. recepit laudatus D. Lœscherus T. 2. act. Reformationis p. 583.

## XXVI. D. LUTHERUS Papæ Romani auctoritati plus satis initio tribuens.

In litteris ad Leonem X. datis dieS. Trinitatis A. 1518. cum quibus theses suas indulgentiis oppositas una cum additis probationibus ad eum transmisit, T. 1. Epist. p. 71. *Quare beatissime Pater, postratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ sum & habeo: vivifica, occide, voca, revoca, approba, reproba ut placuerit. Vocem tuam vocem CHristi, in te præsidentis & loquentis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo. Domini est terra & plenitudo ejus, qui est benedictus in sæcula, Amen.*

M. *Jo. Quod vult Deus* Bürger, von Münchsstand und Kloster-Leben Lutheri c. VIII. p. 123. sqq. Plura infra cap. CLI.

## XXVII. Lutherus ante Lutheranismum.

*Jo. Hermannus ab Elswich* de reliquiis Papatus pag 28.

Jesuitæ Moguntini Catechismum Lutheri ex primis ejus scriptis collectum vulgaverunt An. 1589.

Philipp. Caroli, qui humaniores litteras docuit Altdorfii

dorfii ad A. 1629. quo ad Pontificios transiit, traditur inter inedita ſua reliquiſſe *M. Lutherum teſtem Veritatis*, vide Sigism. Jac. Apini vitas Philoſophorum Altdorfin. pag. 140.

*Dan. Guilh. Molleri* diſſ. de Luthero Lutherano ante Lutheraniſmum.

*D. Alberti Joachimi Krackewitzii* examen novæ hypotheſeos de Luthero ante Lutheraniſmum i. e. quaſi prioribus tantum Reformationis temporibus antiquiſſimæ veritatis Evangelicæ aſſertore, contra Jeremiam Heraclitum Chriſtianum & Godofredum Arnoldum Roſtoch. 1717. 4. Unſchuldige Nachrichten An. 1718. p. 350. Journal der Savans 1719. Decemb. p. 661.

*D. Bartoldus Botſaccus* in mantiſſa ad diſſ. de clavibus Petri, Hafniæ 1707. 4. ubi diſputatur adverſus eundem perſonati *Jeremiæ Heracliti Chriſtiani* ſive *Bernardi Petri Karl* librum cui titulus: *Lutherus ante Lutheraniſmum*, oder die uhrälteſte Warheit aus Lutheri Schrifften. An. 1706. 8. & edente G. P. I. H. 1717. 8. Unſchuldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen A. 1707. p. 570. & A. 1717. 462.

* * *

*D. Jo. Frid. Mayeri* diſſ. de dicto Lutheri, DEUS vos impleat odio Papæ. Hamb. 1699. 4.

*Danielis Kermanni*, Paſtoris Mijavienſis in Hun-

garia, Chronoſtichon Jubilæum in A.1717. *DeVs Vos repLeat ConſtantI aMore LVtheri.*

## XXVIII. Colloquium triplex cum Cardin. THOMA CAJETANO t) A.C. 1518. Auguſtæ Vindel. habitum menſe Octobri.

Lutherus Romam 1518. 23. Auguſti citatus, prudenti conſilio glorioſiſſimi Electoris Saxon. Friderici III. Auguſtæ Vindelicorum cauſam dicturus, ad Cajetanum ſe contulit, munitus litteris ſalvi condnctus redditis die XI. Octobr., nec curans inſidias quas ei parari monuit Comes Albertus Mansfeldenſis, Vide T. 1: Epiſt. 55. p. 74.

Epiſtolæ Maximiliani I. Imp. ad Leonem X. Friderici Electoris ad Raphaëlem Card. S. Georgii, Leonis X. ad Fridericum Electorem & Cardinal. Cajetanum (cum Lutheri gloſſa p. 117.) Academiæ Witeb. ad Carolum Miltitzium Nuncium Papæ &c. T. 1. Opp. Lutheri Altenb. p. 113. ſq.

Narratio de Actis Auguſtanis ibid. p. 120. ſqq. & 150. & Epiſtolæ A. 1518. ab eo ſcriptæ quarum aliquæ Tomo primo Aurifabri, plures in tomo ſecundo Actorum Reformationis Venerandi Lœſcheri p. 619--633. 636. 639. 640. ſq. leguntur. *D. Jo.*

t) Bzovius ad An. 1518. T. 19. p. 345. ſq.

*D. Jo. Frid. Mayerus* notis ad Selneccerum de Lutheri vita p. 67. seqq.

*D. Christiani Frid. Bœrneri* diss. de Colloquio Augustano Lutheri cum Cajetano R. P. legato. Lips. 1722. 4.

*D. Val. Ernesti Læscheri* vollständige Reformations-Acta und Documenta Tom. 2. cap. XI. p. 435. sqq.

*Jacobi Thomasii* Oratio undevigesima, de congressu Lutheri cum Cajetano.

Papa Paulus III. A. 1535. professus est Cardin. Cajetanum acquiescere debuisse, cum promitteret Lutherus silentium, si modo silere pariter serio juberentur indulgentiarum Apostoli, patroni dissolutarum absolutionum.

Cyprianus Spangenbergius in Chronico Mansfeldensi & ex eo Jo. Wolfius T. 2. memorabil. p. 778. *In comitiis Augustæ Vindelicorum A. 1518. quia non tuto fidendum erat cruentis Romanistis, oportuit de nocte afflictissimum Lutherum fugam capessere, subornante veredum Joanne Staupitio, ostiolumque reserante quoddam Christophoro Langenmantelio: sic effugit ille sine ocreis, calcaribus & ense Witebergam, cum forsan alioqui à Cardinale Cajetano, Leoni X. pro munusculo & strena Romam currente deductus fuisset.*

## XXIX. Lutheri appellatio à Cajetano ad Papam, & à Papa male informato ad melius informandum. Augustæ 1518. 16. Octobr.

Opp. Lutheri T. I. Jenens. Latin. p. 170. b. & T. I. Altenb. Germanic. p. 133. 137.
Et in *Jo. Christiani Lunigii* Continuatione I. spicilegii Ecclesiastici p. 140.
*D. Christianus Frid. Bœrnerus* in differt. laudata § 24.

## XXX. Appellatio Lutheri à Papa ad Concilium 28. Nov. post iteratam Leonis X. de indulgentiis decretalem 9. Nov. 1518. promulgatam.

In Opp. Lutheri Latin. Jenens. T. I. p. 179. T. I. Witeb. p. 231. & in laudati Lunigii Continuatione prima spicilegii Ecclesiastici p. 143 & apud D. Lœscherum in Actis Reformat. T. 2. p. 505. Adde T. VI. Altenb. p. 1103.
Decretalis Leonis apud eundem Lœscherum p. 494. & Lunigium p. 147. Hottingerum Sec. XVI. parte 3. p. 164. nec non Opp. Lutheri Latin. Jen. T. I. p. 174. (203. b.) T. I. Witeberg. p. 228. & in M. Jo. Erhardi Kappii Sammlung von Ablaß. p. 457

*Leonis*

*Leonis X.* Epiſtolas datas 24. Octobr. 1518. quibus Roſa aurea donat Electorem Saxon. Fridericum, eumque adverſus *unum fratrem Martinum Lotterum* inſtigat, ex avtographo dedit Venerand. D. Erneſtus Salom. Cyprianus parte 2. p. 71. ad W. E. Tentzelii librum cui titulus Hiſtoriſcher Bericht von Anfang und erſten Fortgang der Reformation Lutheri, Lipſ. 1718. 8. cum Germanica Georg. Spalatini verſione. Ab eodem exhibentur Leonis Epiſtolæ A. 1518. datæ ad Carol. Miltitium, Nuncium Pontificis: ad Degenhardum Pfeffingerum, Ge. Spalatinum, Donatum Groſum, ad Epiſcopum qui Miſſam celebrare debebat qvum Roſa aurea Electori traderetur, & ad Capitaneum Senatusque Witebergenſem. Confer. T. I. Altenburgenſ. p. 254--259.

## XXXI. Lutheri Epiſtola ad Leonem X. 3. Mart. 1719. qua negat ſe revocaturum, ſilentium autem ſervaturum ſi adverſarii tacuerint.

Tom. 1. Jenenſ. p. 143. T. 9. Witeberg. pag. 65. b. Tom. I. Altenb. p. 259.

XXXII.

## XXXII. Collòqvium cum JO. ECCIO A. C. 1519. Luthero non refragante u) habitum Lipsiæ, in arce Plissæburgensi præsentibus GEORGIO x) Saxoniæ Duce, & multis aliis viris illustribus, doctisque & indoctis, à 4. Jul. ad 15. Jul.

*Eccii* obelisci & *Lutheri* asterisci XXX. scripti A. 1518. editique T. 1. Witeb. p. 145. b. & T. 1. Jen. p. 31. & in D. Lœscheri actis Reformat. T. 2. p. 333.

*Eccii* theses XIII. *Lutheri* totidem & *Carolstadii* XVII. T. 1. Opp. Lutheri Latin. Jenens. pag. 241. & apud laudatum Lœscherum p. 321.

*Eccii* Epistola ad *Fridericum* Electorem Saxon. T. 1. Opp. Lutheri Altenb. p. 273. *Electoris* responsio. ibid. p. 275. *Carolstadii* ad Electorem p. 275. *Nic. Amsdorfii* ad Georg. Spalatinum de Colloqvio Lipsiensi p. 275. *Lutheri* & *Carolstadii* responsio ad Eccii Epi-

u) Lutherus Epistola ad Eccium T. 1. Altenb. p. 292. Eccius Epistola ad Cardinalem Matthæum, Coadjutorem Salsburgensem data A. 1518. 4. Kal. Jun. editaque à Rev. D. Gottlieb Wernsdorfio dissert. de progressu emendatæ per Lutherum Religionis p. 30.

x) Georgius Dux in Epistola ad Lutherum data 28. Dec. 1525. (T. 3. Altenburg. p. 337.) Wir hörten auch mit Vergnügen an deine Disputation in Leipzig/ denn wir hoffeten es solten die Mißbräuche unter den Christen abgeschaffet werden.

Epiſtolam Electori ſcriptam. p. 277. *Eccii* reſponſio p. 282. Brevis hiſtoria colloqvii à qvarto Julii p. 293.

*Carolſtadii* concluſiones & defenſio prò Luthero contra Eccium, in Rev. Lœſcheri Actis Reformationis T. 2. c. 5. Ej. Bedingung. Witeb. 1520. 4. Unſchuldige Nachrichten 1719. p. 573.

Diſputatio T. 1. Jen. Latin. p. 199. b. Reſolutiones p. 246. b. & excuſatio *Lutheri* adverſus criminationes Eccii. 4.

Reſolutio Lutherana ſuper propoſitione decimatertia de poteſtate Papæ, per Lutherum locupletata. 1519. 4. T. 1. Jenenſ. p. 262. b.

*Lutherus* Epiſt. ad Georgium Spalatinum T. 1. Altenburg. p. 268. T. 1. Epiſt. p. 185. ſeqq. 206. b. & ad Jo. Eccium p. 198. ſeq. T. 1. Islebienſ. p. 8. T. 1. Altenburg. p. 293. *Philippi Melanchthonis* Epitome de diſputatione Lipſica. Ejusd. defenſio contra Jo. Eccium. 4.

*Jo. Eccius* Epiſtola ad Jacobum Hochſtraten. 24. Jul. 1519. Eccio ſuccinentes *Jo. Cochleus* in Actis Lutheri ad A. 1519. *Abraham Bzovius* cæteris diligentior T. 19. Annal. p. 360. ſeqq. *Odoricus Raynaldus* T. 20. p. 285. ſq. *Henricus Spondanus* ad A. 1519. n. 6. &c.

*Hieronymi Emſeri* Epiſtola Idibus Aug. 1519. de diſp. Lipſienſi qvantum ad Boëmos obiter deflexa eſt. Lipſ. 1519. 4.

*Petri*

*Petri Mosellani* Protegensis Oratio in Conventu Lipsiensi 27. Junii, habita de ratione disputandi præsertim in re Theologica, edita Lipsiæ 1719. 4. & Ottoni à Pack inscripta, recusaqve Cygneæ 1677. 4. curante Jo. Friderico Hekelio.

*Petri Mosellani* Epistola ad *Julium Pflugium* de hoc colloqvio, Latine scripta & recusa in Balthasaris Gvaltheri Luthero nato, denato, Jen. 1618. 12. nec non in Diario Theologico (Unschuldige Nachrichten von alten und neuen Theologischen Sachen) A. 1702. pag. 104--120. & p. 154--164. Ejusdem Mosellani alia Epistola ad *Bilibaldum Pirckheimerum*, apud Alb. Scultetum Annal. renovati Evangelii ad A. 1519. & illustrem Seckendorfium lib. 1. Hist. Lutheranismi p. 90. quam & ipsám A. 1677. 4. ediderat Jo. Fridericus Hekelius cum Oratione jam memorata.

*Georgius Fabricius* libro VII. Originum Saxonicarum.

*Jo. Langii*, Lembergii encomium Theologicæ disputationes D. Jo. Eccii, Andreæ Carolstadii, ac Martini Lutheri complectens, cum gratiarum actione, recitata 16. Jul. & separatim edita Lipf. 1519. 4.

Disputatio (calamis auscultantium excepta) *Eccii & Carolstadii* à 27. Jun. *Eccii & Lutheri* à 4. Jul. *Eccii & Carolstadii* à 15. Jul. Lipsiæ apud Melch. Lotherum, 4.

*Chri-*

*Christoph. Hegendorfini*, Lipsici, carmen de disputatione Lipsiensi inter Eccium, Carolstadium & Lutherum, Lipsiæ per Wolfgangum Monacensem, 1519. 4. De hoc Christophoro Hegendorfino, qui deinde Superintendens, Ecclesiæ Luneburgensi præfuit vide Rev. Jo. Georgii Bertrami Evangelisches Lüneburg p. 157. seq.

*Jo. Cellarii* Gnostopolitani, Lipsiæ Hebr. linguæ Professoris Epistola ad Wolfgangum Fabricium Capitonem de vera ac constanti serie disputationis Lipsiensis, scripta prid. Calend. Aug. 1519. Adde Seckendorfi Hist. Lutheranismi p. 76. b. 92. a. & *Christianum Schlegelium* in vitis Superintendentum Lipsiensium, Germanice editis in vita Jo. Cellarii p. 17. sqq. qui etiam *Jo. Staupitii* & *Joannis Warbecii* relationes de hoc colloqvio memorat, nec non *Jo. Rubii Longipolitani*, Germanice pariter & Latine editam, & Epistolam exegeticam *Jo. Udalrici Schultherri*, oppositam Epistolæ *Matthæi Hiscoldi*, Benedictini.

*Jo. Forsterus* in Eulogio Lutheri Lipsia Papistico. Witeb. 1609. 4.

*Jo. Sleidanus* Commentarior. lib. 1. p. 24. &c.

*Nic. Selneccerus* in Lutheri vita p. 77. & Doct. Mayerus in notis p. 90. Idem Mayerus diss. de Carolstadio §. 7.

*Seckendorfius* Hist. Lutheranismi lib. 1. p. 71. sqq.

*Jacobi*

*Jacobi Thomasii* Orationes p. 20. seqq. *D. Gottlieb Wernsdorfius* diss. de progressu Reformationis p. 28. seqq.

*M.* **Sebastian Fröschel** in dem Buch vom Königreich JEsu CHristi und seinem ewigen Priesterthum, Wittenb. 1566. 4. Unschuldige Nachrichten von alten und neuen Theologischen Sachen A. 1717. p. 13. seqq.

Chronicorum Lipsiensium scriptores *Tob. Heidenreichius* p. 94. *Zach. Schneiderus* præcipue p. 167. seq. & *Jo. Jac. Vogelius* p. 94-102.

*Dav. Peiferus* Origg. Lipf. p. 340. seq.

## XXXIII. Exusta D. LUTHERI imago cum scriptis An. 1520. Romæ, Moguntiæ, atque alibi deinde sæpius.

Epistola *Udelonis Cymbri Cusani* de exustione librorum Lutheri: & quidam Lutheri discipulus adversus Hieron. Aleandrum 1520. 4.

*Jo. Wolfii* memorabilia T. 2. p. 177. sq.

*Ulrici Hutteni* Epistola ad Lutherum data Moguntiæ A. 1520. & excusa Witebergæ 4. Ejusd. Klage über den Lutherischen Brand zu Maynß. 4. adde Hallensium observationes Germanice editas (auserlesene Anmerckungen) T. 3. p. 97. Unschuldige Nachrichten von alten und neuen Thelogischen Sachen A. 1718. p. 174. seq. Jac. Burchard in vita Hutteri T. 2. p. 145. *D. Mar-*

*D. Martini Chaldenii* ἐξ μακαρίτε Præfat. ad *Justi Schæpferi*, Paſtoris Islebienſis librum cui titulus unverbrandter Luther, oder Hiſtoriſche Erzehlung von Luthero, und deſſen in Feuer erhaltenen Bildniß. Journal des Savans, A. 1718. T. 2. p. 503. edit. Amſt.

*D. Jo. Schmidii* diſſ. de combuſtione librorum varii generis, Lipſ. 1696. § 56. ſeq.

*Andreas Weſtphalus* in centuria librorum publica auctoritate combuſtorum, Gryphiswald. 1713. n. 44. p. 30. ſq.

*Jo. Georgii Schelhornii* Amœnitates litterariæ T. VII. p. 95. ſq.

*CAROLI V.* Imp. Ordnung zu Brüſſel A. 1540. 4. So jemand die vorgeſchriebene Bücher Lutheri &c. bey ſich hätte, daß er die bald verbrenne, bey peen verklart und vollſtreckt zu werden, nehmlich die Manns-Perſon mit dem Schwerdt, und die Weiber lebendig zu vergraben, ſo ſie anders ihre Irrthum nicht dulten oder beſchützen wollen. Wenn ſie aber in ihren Irrthümern der Ketzerey verharren wolten, ſo ſollen ſie mit dem Feuer zum Tode gebracht werden, und alle ihre Güter genommen, und gewandt zu unſerm Nutzen.

## XXXIV. LEONIS X. Papæ bulla adverſus D. LUTHERUM A. C. 1520. 14. Jun.

Incipit: *Exſurge Domine.* In bullario magno

E Lau-

Laurentii Cherubini T. 1. p. 614. & apud Abrahamum Bzovium ad A. 1520. n. 3. & Odoricum Raynaldum ad eundem annum n. 51. nec non inter D. Lutheri Opera T. 1. Latin. Jen. p. 474. b. (508.) & in Jo. Christiani Lunigii Continuatione I. spicilegii Ecclesiastici p. 95. Curavit etiam separatim illam cum glossis & adhortatione ad Germanos omnes, nec non epilogo ad Leonem X. recudi A. 1520. 4. *Ulricus Huttenus.*

*Germanice* exstat T. 1. Jenens. p. 256. T. 7. Witeberg. p. 97. & Tom. 1. Altenb. p. 445.

D. Lutheri von den neuen Eckischen Bullen und Lügen. Witeb. 1520. 4. T. 1. Jenens. p. 341. T. 7. Witeb. p. 133. T. 1. Altenb. p. 526.

*Latine* T. 1. Jenens. Latin. p. 473. (423.)

Grund und Ursachen aller Artickel, so durch die Römische Bulle unrechtlich verdammet sind. Tom. 1. Jen. p. 400. T. 7. Witeberg. p. 103. Tom. 1. Altenb. p. 615. Assertio omnium articulorum &c. Witeb. 1520. 4. & T. 2. Latin. Jenens. p. 317.

D. Lutheri wider die Bullen des End-Christs, Witeberg. 1540. 4. T. 1. Jenens. pag. 345. T. 7. Witeb. p. 49. T. 1. Altenb. p. 531.

*Latine* adversus execrabilem Antichristi Bullam, Witeb. 1520. 4. T. 2. Jenens. Latin. p. 286. b.

Lutherus T. V. Altenb. p. 1073. in der Vorrede auf die Auslegung der Sonntags Episteln durchs gantze

ganße Jahr A. 1537. Ich bin nun zwanßig Jahr in des Pabsts Bann gewesen, habe aber denselben noch nie gefühlet, GOtt Lob! So ist der Pabst auch wiederum zwanßig oder mehr Jahr in meinem Banne gewest, ob er denselbigen gefühlet habe, daß laß ich sie sagen oder schweigen, gilt mir gleich. Mich aber dünckt, diese und dergleichen Büchlein zeigen an, was er gefühlet habe, noch fühle, und hinfürder fühlen müsse.

Ejusdem sermon von Bann T. 1. Lat. Jenens. p. 164. b. & Germanice T. 1. Jen. p. 282. T. 7. Witeb p. 38. T. 1. Altenb. p. 474.

Bulla Cœnæ Dominicæ, mit Lutheri Anmerckungen. Tom. 2. Altenb. p. 62.

## XXXV. LEONIS X. breve ad FRIDERICUM, Electorem Saxon. 7. Jul. A. 1520.

Latine T. 2. Jenens. p. 256.

Germanice T. 1. Jenens. p. 279. T. 9. Witeberg. p. 94. T. 1. Altenb. p. 471. Confer p. 512. sq. ubi de iis quæ gesta Coloniæ ad Electorem permovendum.

GEORGII Saxoniæ Ducis Epistolam ad Fridericum, cum Electoris responsione habes T. 1. Altenburg. pag. 545. sq.

## XXXVI. Epiſtola D. Lutheri ad CAROLUM V. Imp. y) data 3. Cal. Sept. 1720.

Hanc edidit V. C. *Joannes Brandt,* Gerhardi F. in centum Epiſtolis Clarorum Virorum, Amſt. 1702. 8. atque hoc loco reddere Lectori, non alienum ab inſtituto meo fuerit, licet ejusdem plane argumenti legitur Germanice data 15. Jan. 1520. T. 1. Jenenſ. p. 212. b. T. 9. Witeb. p. 88. T. 1. Altenb. p. 342.

*JHESUS.*

Gratiam & pacem a Domino noſtro Jheſu CHriſto. Quod Sereniſſimam Majeſtatem tuam, optime Imperator Carole Cæſ. audeo literis adire, nemo non optimo jure mirabitur. Quid enim inſolentius videri poteſt quam Regem Regum, ac Dominum Dominantium a vili & infimæ ſortis homuncione compellari? verum minus mirabitur quisquis cauſæ magnitudinem contemplatus, de Evangelica veritate agi intellexerit, quæ cum digna ſit etiam cæleſtis Majeſtatis thronum accedere, non indigna videri debet quæ terrenum Principem conveniat. Accedit quod terrenos principes, ut ſunt imagines cæleſtis

y) Caroli V. Epiſtola de Luthero ad Leonem X. data 5. Auguſt. 1518. Latine T. 1. Jenenſ. p. 179. b. Witeb. T. 1. p. 203. & in D. Lœſcheri Actis Reformat. T. 2. p. 317. Eadem Germanice T. 1. Jenenſ. p. 99. T. 1. Altenburgenſ. pag. 113.

ſtis, ita decet illum imitari, ut & ipſi in altis habitent, humilia tamen reſpiciant in terra, & ſuſcitent de terra inopem, & de ſtercore erigant pauperem. Venio itaque inops & pauper ante pedes Sereniſſimæ Majeſtatis tuæ proſtratus, indigniſſimus, digniſſimam tamen cauſam producturus. Editi ſunt a me libelli quidam, quibus multorum & magnorum mihi conflavi invidiam & indignationem, ubi duplici tutus eſſe præſidio debui. Primum quod invitus in publicum veni, nec niſi aliorum vi & inſidiis proditus ſcripſi, quicquid ſcripſi, nihil unquam ardentioribus votis expetens, quam ut in angulo meo laterem. Deinde quod teſte mea conſcientia, & optimorum virorum judicio, non niſi Evangelicam veritatem ſtudui evolgare adverſus ſuperſticioſas humanæ traditionis opiniones, atque ob hanc jam in tertium usque annum patior ſine fine iras, contumelias, pericula, & quicquid mali poſſunt excogitare mali. Fruſtra interim ſilentium offero, fruſtra pacis conditiones propono; fruſtra erudiri meliora poſtulo. Unum eſt quod in me paratur tantum, ut extinguar cum univerſo Evangelio. Jam cum omnia fruſtra tentarim, viſum eſt tandem, exemplo Divi Athanaſii, Imperatoriam Majeſtatem invocare, ſi forte Dominus dignetur per eam ſuæ cauſæ adeſſe. Qvare Sereniſſimæ Majeſtati Tuæ, Carole Princeps Regum terræ, ſuppliciter procumbens, ſupplico dignetur non me, ſed cauſam ipſam veritatis, ob quam tibi ſolam datum eſt gladium geſtare, in vindi-

ctam malorum, laudem vero bonorum, sub umbram alarum tuarum suscipere, & me in illa non amplius nec longius tueri, quam donec reddita ratione aut vicero, aut victus fuero. Nolo defendi, si impius & hæreticus inventus fuero, unum peto ne damnetur sive veritas sive falsitas inaudita & inconvulsa. Christo fasces tot regnorum Serenissima Majestas tua debet. Is hoc reposcit gratiæ, ut veritatem eadem Serenissima Majestas tua tueatur. Hoc potissimum Imperii tui ornamentum, hoc sæculi tui memorabile decus erit, si non patiatur Sacratissima Majestas tua, ut impius conculcet & devoret iustiorem se, & fit facies hominis, ut Propheta ait, quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem, dum fit judicium & contradictio potentiorum. Ita me commendo, ita confido, ita spero in tuam Sacratissimam Majestatem. Quam Dominus Jhesus nobis servet & magnificet ad gloriam Evangelii sui sempiternam. Amen. Datum Wittembergæ die penultima Augusti Anno Domini M D XX.

*Serenissimæ Majestatis tuæ Imperatoriæ ac Regiæ*

Clientulus Devotiss.

FR. MARTINUS LUTHER.
Augustinianus.

XXXVII.

## XXXVII. Lutheri Epiſtola ad Leonem X. 6. Sept. 1520. atque iterata appellatio à Papa ad Concilium 17. Nov. 1520.

Epiſtola exſtat T. 1. Latin. Jenenſ. p. 432. & Germanice T. 7. Witeb p. 54 Tom. 1. Altenb. p. 353. Appellatio autem T. 2. Opp. Latin. Jen. p. 272. & Germanice T. 1. Jen. p. 351. T. 7. Witeb. p. 57. T. 1. Altenb. p. 537. Adde *Seckendorfii* Hiſt. Lutheraniſmi p. 117. ſq.

## XXXVIII. Proceſſus LEONIS X. adverſus LUTHERUM improbatus.

D. JO. FRIDERICI MAYERI diſſ. de Pontificiis, Leonis X. proceſſum adverſus Lutherum improbantibus, Hamb. 1696. 4. & in Eccleſia Papæa Lutheranæ Reformat. Patrona & Cliente. Lipſ. 1698. 4. In hac diſſ. teſtes producit Italos, Gallos, Hiſpanos, Germanosque: ac denique diſquirit, num ſi Epiſcopatum Luthero Papa obtuliſſet, ille paſſus fuiſſet ab inſtituto ſuo ſe dimoveri, reſpondetque vertis Lutheri ad Sylveſtrum Prieratem (qui T. 1. Witeb. Latin. p. 165. b. hoc illi objicerat) ibid. p. 182. *Forte & tu ſpectas me ex animo tuo, quod conjicio ex eo, quod tam molliter adularis. Si ego Epiſcopatum adſpirarem, certe ea non loquerer*

*quæ tu impatientiſſime audis. An ignorare me credis qua via Epiſcopatus & Sacerdotia in Urbe obtinentur, quando hanc pueri in omnibus plateis Urbis cantant:* Denique nunc facta eſt rerum fœdiſſima Roma &c.

*Jean Richard,* prieur de Beaulieu Saint Avoye (Mr. de Saint Amour) in libro, ſentimens d'Eraſme, Colon. 1688. 1716. 12. p. 248. ſq.

*Petrus Bælius* in dictionario Hiſtorico, voce *Luther,* nota HH.

Errores & peccata aulæ Pontificiæ Politica, Politiſche Fehler des Päbſtlichen Hofes, welche die Reformation ſollen befördert haben, umſtändlich unterſuchet von G. S. T. Leipzig und Wolfenbüttel 1718. 8. Pontificiæ aulæ errores & peccata in hoc libro notantur hæc undecim: 1.) Quod vitia illo tempore ita ſine fronte ac pudore etiam in aula Papæ erumpere ac palam frequentari, & indulgentias tam impudenter & inconſulto prædicari permiſerunt. 2.) Quod paſſi ſunt controverſias Theologicas pro Concione agitari populoque exponi. 3) Quod erudito Luthero futiles & indoctos, calumniatores, temerariosque & famoſos monachos vel clamatores oppoſuere. 4.) Quod ſilentium non fuit parti utrique impoſitum, & remotis vehementioribus in eorum locum non ſunt adſciti moderatiores, qui populum, ſepoſitis litibus turbisque, in officio & pace potuiſſent continere. 5.) Quod conteſtata

ſtata tandem lite, controverſiisque publice agitari coeptis, res non tota fuit relicta monachis, ſed Papa ipſe ſuam hancce cauſam fecit. 6.) Quod non ſtuduerunt Lutherum blanditiis, muneribus & dignitatum oblatione conſopire & in partes Pontificis pertrahere. 7.) Quod Lutherum nimis acriter & vehementer ſunt perſecuti, eumque adegerunt à reformatione morum ad doctrinæ etiam reformationem deſcendere, quæ res cauſam ejus non mediocriter adjuvit ac confirmavit. 8.) Quod ad cauſam hancce componendam illi ſunt adhibiti, quos Germanis vehementer ſuſpectos eſſe fuit neceſſe. 9.) Quod Pontifex nec in magnis nec in parvis quicquam vel tantillum concedere voluit, cum quoad externam ſaltim ſpeciem plenos ſcandali abuſus tollere, Reformationemque tam calidis expetitam votis ſuſcipere debuiſſet. 10.) Quod neglexit Epiſcopos Germaniæ acrioribus ſtimulis eccitare, qui in Lutheri cauſſa admodum ſomnolentos ſe geſſerunt. 11.) Quod inſuper habuit aulas Principum Germanicorum, Saxonicorum præſertim devotiores ſibi reddere, objectis magnis emolumentis, ſi Romanas partes fortiter tueri non deſiſterent.

*Jo. Burchardus Mencke* in diſſ. de nævis politicis Caroli V. Lipſ. 1706. Nova literar. Hamb. A. 1706. p. 403.

## XXXIX. Decretalium Pontificis exustio facta à D. Luthero Witebergæ A. 1520. 10 Decemb.

Lutheri scriptum: *Quare Pontificis Romani & discipulorum ejus libri à D. Martino Luthero combusti sint: Commonstret vicissim, quisquis volet, cur D. Martini Lutheri libros exusserint.* Tom. 2. Jen. Latin. p. 316.b.

Et in D. Jo. Frid. Mayeri notis ad Selneccerum de vita Lutheri p. 117. sqq.

Nec non Germanice inter Lutheri Opp. T. 1. Jen. p. 354. T. 7. Witeb. p. 138. T. 1. Altenb. p. 540.

Exustionis anti Christianorum decretalium Acta separatim edita 1520. 4.

Acta combustionis exhibet idem D. Mayerus notis ad Selneccerum pag. 128. seqq. Confer T. 1. Altenburg. Opp. Lutheri p. 539. seq.

Pleniora *Burchardus Gothelf Struvius* in Bibliotheca librorum rariorum, theca prima. Jenæ 1719. 4. p. 135—138.

Adeundus etiam *M. Justus Schœpfer* im unverbrandten Luthero cap. IV. p. 22. seq. & D. Martinus Chladenius in præf.

Ex his responderi poterit ad scriptum wie D. Luther aus falschen Ursachen bewegt, das Geistliche Recht verbrandt hat. Straßb. 1524. 4. & ad ea quæ *Abraham Bzovius* ad A. 1520. n. 10. T. 19. p. 373. seq.

Sic Gregorii XIV. decretum excommunicationis exustum Parisiis A. 1591. vide Jo. Wolfium T. 2. memorab. p. 998.

XL.

XL. Nova Bulla Leonis X. adverſus Lutherum A. 1521. 3. Non. Januar.

Incipit: *Decet Romanum Pontificem.* In bullario magno Laurentii Cherubini Tom. 1. p. 618.

XLI. Henrici VIII. Regis Angliæ aſſertio VIII. ſacramentorum contra Lutherum, ſpeciatim libro ejus de captivitate Babylonica oppoſitum A. 1521. Indulgentiæ à Papa librum Regis legentibus conceſſæ.

Scriptum Regis recuſum Antwerp. 1522. 4.

Liber Regis cum ſumma Indulgentiarum à Papa, librum ejus legentibus conceſſarum, & Regis Epiſtola ad Duces Saxoniæ *) A. 1523. 20. Jan.

Lutheri reſponſio ad librum Regis Henrici VIII. A. 1522. 15 Jul. Witeb. 4. & T. 2. Jen. Latin. p. 51. b. & Germanice Luthero ipſo interprete Tom. 2. Jen. p. 130. T. 7. Witenb. p. 416. T. 2. Altenb. p. 187. Confer Seckendorfium p. 186. 189.

Aſſertionis Lutheranæ confutatio per Joannem Roffenſem Epiſcopum, Academ. Cantabrig. Cancellarium. 1523. 4.

Inter ſcripta *Jo. Fiſcheri,* Rofenſis Epiſcopi adverſus Lutherum, recuſa Wurceburgi 1597. fol.

*) Seckendorf. pag. 279.

fol. legitur etiam, *Concio habita cum Lutheri scripta Londini cremarentur*.* De cæteris Acta Erud. 1724. p. 331. seq. In eadem Wurceburgensi collectione liber ipse Henrici VIII. occurrit, qui etiam prodiit Paris. 1562. 8. cum Joannis Roffensis Regiæ assertionis defensione.

*Thomæ Mori* responsio sive vindicatio Henrici VIII. A. 1523. conscripta & sub *Guil. Rossei* nomine Londini edita, deinde inter Thomæ Mori opera prodiit Lovan. 1566. fol. & Francof. 1589. fol. p. 27. seq.

Lutheri deprecatoriæ †) ad Henricum VIII. Cal. Sept. A. 1525. à quibus tamen de doctrinæ palinodia ne γρῦ. T. 2. Epist. p. 292. T. 2. Opp. Witeb. 534. & T. 3. Altenb. p. 486. Confer Seckendorfium lib. 2. p. 37. & 38. ubi etiam de acerba Regis ad Lutheri deprecatorias responsione quam A. 1528. edidit Hieron. Emserus, & Jo. Strypius T. 1. commentariorum Ecclesiasticorum Anglice editorum p. 59. testatur se vidisse cum hac inscriptione: *Rex Anglorum, Regi hæreticorum scribit.* Idem Seckendorfius pag. 80. seq. & de Lutheri responsione, quæ exstat Tom. 3. Jen. p. 330. T. 6. Witeb. p. 448. & T. 3. Altenb. p. 686.

XLII.

* Ex Anglico vertit Richardus Pacæus.

†) Svadente Rege Daniæ Christiano scriptæ. Confer T. 3. Altenburg. p. 687. 688.

## XLII. Bulla Leonis X. qua Henricus VIII. titulo Defenſoris Fidei donatur, quod contra Lutherum ſcripſit.

Incipit : *Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio*, apud Laurentium Cherubinum T. 1. bullarii magni p. 623. Adde Nic. Sanderum de ſchiſmate Angl. p. 12. & 156. ſed & Seckendorfium p. 184. Idem Papa privata ad Henricum Epiſtola miris laudibus hanc operam Regis extulit, ita ſcriptum ab eo celebrans *ut Spiritum Sanctum affuiſſe appareat.* Vide Burneti Hiſtoriam Reformationis Anglice editam T. 3. p. 18. & documenta ad calcem ſubjuncta p. 7.

Ab eo tempore quantum mutatus ab illo Rex, quantum Papa! ut probant:

Regis Provocatio ad Concilium A. 1531. *vide Burnetum T. 3. p.* 82.

Abrogatio primatus Pontificis in Anglia A. 1534. *Vide documenta ad Hiſt. Guil. Burneti T.* 1 *p.* 74. 61. *& Acta ſeſſionum Parlamenti ſub Henrico VIII. A.* 26. an acte concerning the Kings highnes, to be ſupreme head of the Churche of Englande, and to have auctoritie to reforme and redreſſe all errours, hereſies and abuſes in the ſame. *Et A.* 28. an acte extingviſhyng the auctoritie of the Biſhop of Rome. Inde numiſma aureum majoris moduli, in cujus altera facie effigies Regis

Regis cum his verbis: *Henricus. * Octa. Angliæ. Franc. et. Hib. Rex. in. Terr. Eccle. Angl. et. Hib. ſub. Chriſt. Caput. Supremum.* In altera facie leguntur eadem Hebraice: האינריכוש. שמיני. ג. מלך. באמונה. סגן. ובעדה. אנגליאי. והיברניאי. מתחת. משיח. ראש. צליון. Et Græce hunc in modum: ΕΝΡΙΚΟΣ. Ο. ΟΓΔΟΟΣ. ΤΡΙΣ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΠΙΣΤΕΩΣ. ΠΡΟΣΤΑΤΗΣ. ΕΝ. ΤΗ. ΕΚΚΛΗΣΙΑ. ΤΗΣ. ΑΓΓΛΙΑΣ. ΚΑΙ. ΙΒΕΡΝΙΑΣ. ΥΠΟ. ΧΡΙΣΤΩ. ΑΚΡΗ. Η. ΚΕΦΑΛΗ. LONDINI 1545.

A. 1536. miſſi Witebergam, conſultaturi cum Luthero & Melanchthone de variis Religionis capitibus: & A. 1537. edita Witebergæ, Regis Senatus populique Angliæ ſententia de Concilio quod Paulus III. Mantuam indixit, recuſa T. V. Bibl. Philolog. Theolog. Brem. p. 507. adde T. 8. p. 164. ſeq. & p. 192. ſeq. ubi de recuſationis libello altero A. 1538. à Rege promulgato contra Concilium, quod Vincentiam Paulus III. indixerat.

Epiſtola Melanchthonis, qua Regi ulteriorem Reformationem ſvadet, data Cal. April. 1539. in Documentis ad Burneti Hiſtor. T. 1. p. 251.

Conſilium Lutheri in cauſa divortii Regis Angliæ: *poſt Epiſtolas à D. Buddeo editas pag.* 325.

Excom-

* Hiſtoriſche Remarqves Hamb. A. 1706. p. 33. Bibl. Angloiſe T. XIV. p. 20.

Excommunicatus deinde Rex Henricus VIII. à Clemente VII. & Paulo III. A. 1535. 1538. vide Bullarium T. 1. p. 704. 708. Documenta ad Burneti Historiam T. 1. p. 93. 99.

Regina Elisabetha à Pio V. A. 1569. id. p. 221. edit. Latinæ &c.

## XLIII. D. LUTHERO Wormatiam citato A. 1521. 6. Maj. tributus à CAROLO V. & servatus salvus Conductus.

Formula citationis obvia in B. Doctoris Operibus T. I. Altenburg. p. 652. & Latine apud Bzovium ad A. 1521. p. 390. sed formulam salvi conductus ex Bibliotheca Wallenrodiana primus publicavit celeberrimus D. GODFRIDUS WEGNERUS in diss. edita Regiomonte 1698. 4. *de salvo conductu D. Martino Luthero Wormatiam eunti ab Imperatore Carolo V. impetrato & servato*, ex qua eandem, est enim brevis, hoc loco subjungere integram non dubitavi.

WIr Karl der Funfft von GOts Gnaden Erwelter Romischer Kaiser· zu allen zeitten Merer des Reichs ꝛc. in Germanien· zu Hispani· baider Sicilien· Jherusalem· Hunngern· Dalmacien· Croacien ꝛc. Kunig· Ertz-Hertzog zu Osterreich· und Hertzog zu Burgundi· Grave zu Habspurg· Flandern· und Tirol ꝛc. Bekennen als wir aus beweglichen Vrsachen· Martin Luter Augustiner· Ordens· her gen Wormbs erfordert· Das Wir Im deßhalben vnnser vnd des heiligen

heiligen Reichs Freygestrackh Sicherhait und Gelait· wider meingklich gegeben und zugesagt haben. Vnd tun das von Kaiserlicher Macht· wissentlich in krafft des brieffs· Also das er in ain und zwaintzig tagen· den nechsten nach vberantwurttung diß vnnsers briefs· her gen Wormbs kamen· vnd daselbs vnnser und des Reichs Stennde hanndlung auswartten· vnd darnach von dannen· bis wider an sein sicher gewarsam ziehen sol· vnd mag· von vnns und allermeingklichen unbelaidigt vnd vnverhindert· Vnd gepieten darauf allen Churfursten· Fursten· geistlichen vnd weltlichen· Prelaten· Graven· Freyen· Herrn· Rittern· Knechten· Haubtleuten· Vitztumben· Vogten· Phlegern· Verwesern· Ambtleutten Schultheissen· Burgermaistern· Richtern· Reten· Burgern· gemainden· vnd sonst allen andern vnnsern vnd des Reichs Unnderthanen vnd getreuwen· in was wirden· stats oder wesens die sein· ernnstlich mit disem brieff vnd wellen· Daß Sy solch vnnser vnd des Reichs sicherhait und Glait· an dem gedachten Martin Luter· stett und veßt hallten· Im auch· in seinem hin· und widerzihen· gelaiten· vnd gelaittet zuwerden verschaffen· vnd Jne dawider nit belaidigen. noch bekamern· noch des yemands anndern zetun gestatten· in kein weise· als lieb ainem yeden sey· Vnnser vnd des Reichs swer vngnad· vnd straff zuvermeiden. Das meinen wir ernnstlich· Mit vrkhundt diß briefs. Geben in vnnser· vnd des Reichs Statt Wormbs· am Sechsten tag des Moneds Marcii Nach Cristi geburde Funfzehenhundert· vnd im Ainvndzwaingzigesten· Vnnser Reiche des

Römi-

Römischen im Anndern vnd der anndern aller im sechsten Jaren.

*CAROL.*

Ad mandatum Dni Imperatoris ppm.
Albertus Cardin. Mogunt.
Archicancellarius sspt.

Nieclas Ziegl.

Formulæ salvi conductus à Duce Saxoniæ Georgio, & ab Electore Friderico, Duceque Johanne leguntur T. 1. Altenburg. p. 653. & a Philippo Hassiæ Landgravio data Luthero Wormatia discedenti p. 727.

*Ulrici Hutteni* scriptum, Luthero Wormatiam proficiscenti metuentis, legitur in Jo. Wolfii memorabilibus T. 2. p. 81--95. sed male refertur ibi ad A. 1517. Idem Wolfius recte p. 178. ubi Lutherum Wormatiam venisse notat A. 1521.

De actis Comitiorum Wormatiensium, David Chytræus libro VIII. Chronici Saxon. Sleidanus libro 3. Melch. Goldasti politica Imperialia part. 3. c. 3. &c.

Abraham Bzovius ad A. 1521. n. 3. seq. p. 383.

De Luthero speciatim, qui 16. Aprilis Wormatiam venit, videri possunt Nic. Selneccerus in ejus vita p. 106. sq. M. Justus Schœpfer im unverbrannten Luthero cap. VIII. p. 67. sq. Jo. Gottlieb Moller in Luthero Confessore, Rostoch. A. 1693. 4.

Colloquium cum Archiep. Trevirensi.

Acta Lutheri in Comitiis Wormatienſibus, edita à Jo. Pollicario A. 1546. & repetita à Matthæo Dreſſero in Lutheri hiſtoria, Lipſ. 1598. 8. ex Tomo ſecundo Opp. Latin. ubi etiam Epiſtola Lutheri ad Electores, Principes & Ordines Imperii, data Fridburgi Dom. Cantate 1521. poſt ſuum ex Wormatia diſceſſum, Latine. Eadem Germanice T. 1. Altenburg. p. 729. ubi etiam alia p. 651. 716. 718. 732. ſq.

Unſchuldige Nachrichten A. 1701. p. 233. ſeq.

## XLIII. CAROLI V. Declaratio contra Lutherum, ejusque & ſcriptorum illius proſcriptio A. 1521. 8. Maj.

Declaratoria ordinatio, ex Gallico Latine apud Bernhardum de Lutzenburgo in Catalogo hæreticorum, Colon. 1523. 8. O. 6. & in diario Theologico (Unſchuldige Nachrichten von Theologiſchen Sachen) A. 1717. p. 171. confer W. E. Tentzelii Bericht von der Reformation. p. 506.

Proſcriptionis formula Germanice, T. 1. Opp. Jenenſ. p. 456. T. 9. Witeb. p. 118. T. 1. Altenb. p. 735. & in M. Juſti Schöpffers unverbrandten Luthero c. 5. p. 26--48.

XLIV.

# XLIV. D. Lutheri à Carolo V. proſcripti Pathmus Iſenacenſis ab Anno C. 1521. Maj. ad 1522. 5. Mart.

*D. Lutherus* Epiſt. 229. ad Georgium Spalatinum T. 1. p. 328. b.

*Vitus Lud. Seckendorfius* Hiſt. Lutheraniſmi ad lib. 1. ſect. 44. ſeq.

*Auguſtini Antonii* diſſ. de Pathmo Lutheri in arce *Warteburg* prope Iſenacum, animadverſiones hiſtoricæ contra Cardinalem Pallavicinum in Hiſtoria Concilii Trid. lib. 1. c. 28. Cochleum, Surium, Maimburgium, Boſſvetum, Natalem Alexandrum, Varillaſium, aliosque, præſide V. C. *Chriſtophoro Cellario*, Halæ Sax. 1696. 4. & cum notis Theologicis fratris, *D. Pauli Antonii* Theologi Hallenſis, tertium excuſæ ibid. 1700. 4. 1710. 1718. 4. *Bibliotheca Academica Hallenſis* A. 1718. Sect. VIII. num. LXXXVIII. p. 333.

*Jo. Joachim Müller* Hiſt. der Proteſtation p. 5.

*Jo. Chriſtophorus Wolfius* in Carcere eruditorum Muſeo §. XX.

*Chriſtianus Franciſcus Paulini* in rerum & antiqvitatum Germanic. ſyntagmate p. 133.

*Erdmannus Uhſenius*, ſub Hermanni Suden latens nomine, in dem gelehrten Critico, Lipſ. 1706. 8. Tom. 3. Qvæſt. 25. p. 290. ſeq.

*Christophorus Augustus Heumannus* in gloria Isenaci, ad calcem Lutheri Apocalyptici.

*Jo. Georgii Othonis*, Archiatri Weissenfelsensis Carmen Lyricum in Lutherum à Dæmone in Pathmo tribulatum, à Deo autem liberatum. Leucopetræ 1717.

Numus in Lutheri ex Pathmo reditum, apud B. Christianum Junckerum in güldenen und silbernen Ehren-Gedächtnüß Lutheri pag. 63. ubi effigies barbata, & in altera parte hoc distichon:

> *A Rheno properans capitur, bene conscia Pathmi*
> *Tecta (Papæ fugiens retia structa) petit.*

Idem Lutherus habitu equitis cum gladio, qualem Lucas Cranachius depinxit, apud laudatum Junckerum p. 65.

Cubiculo Lutheri Warteburgensi post ejus excessum inscribi curavit Rebhanius, Superintendens Isenacensis teste Seckendorfio p. 195. hist. Lutheranismi, hoc distichon:

> *CarLstaDII ob fVrIas ad SaXona tecta reCVrrIt,*
> *faVCIbVs eX sæVIs rVrsVs oVesqVe rapIt.*

De Carolstadii motibus, qui Lutherum permoverunt, ut ex Pathmo sua se proriperet ac Witebergam concederet, adeundus Seckendor-

fius

ſius lib. 1. hiſt. Lutheraniſmi p. 216. & D. Jo. Frid. Mayerus diſſ. de Carolſtadio §. 8. & 9.

# XLV. Epiſtola *) EMANUELIS Regis Luſitaniæ de Luthero ad FRIDERICUM Sapientem, Saxoniæ Electorem.

*Illuſtriſſimo Principi, Amico Cariſſimo* EMANUEL *eadem gratia Rex Portugalliæ, & Algarbiorum citra ultraque mare, in Africa Dominus Guineæ, & Expeditionis, Navigationis, ac Commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Perſidis, ac Indiæ, S. D. Cum ex multorum Litteris, certisque nunciis, & conſtanti fama cognoverimus, Chriſtianæ fidei hoſtem, ac perditionis filium,* MARTINUM LUTHERIUM, *non modo plures jam populos & civitates ſuis concionibus, falſisque commentis in Germania decepiſſe, ſed impios & iniqui erroris Libros publicaſſe; Quibus & Germaniam ipſam, & quas poſſet Chriſtianas Nationes, à veris S. R. Eccleſiæ Sanctionibus, Chriſti Vicarii dicione in ſuam reprobam opinionem ſeduceret. Nos pro ea obligatione ac fide, qua omnes Chriſtiani Principes Deo, & Stæ Matri Eccleſiæ obſtringimur, pro noſtro erga Cæſaream Majeſtatem ſpeciali quodam debito fraternoque amore, & arctiſſimo necesſitudinis vinculo, cum ad eam potiſſimum hujus tam a-*



*) Hanc primus è MS. vulgavit V. C. Gabriel Dumont in Hiſtoria Critica Reip. litterariæ, Gallice edita à celeberrimo Maſſonio, Amſterd. 1718. 12. T. XV. p. 225.

*trocis sceleris vindicta, plurimis de causis, spectet, tum transsuper hac re, tum etiam certum nuncium in præsentia destinavimus: suam Majestatem summo studio orantes, atque etiam exhortantes: ut sui augustissimi sceptri memor, atque eminentissimi solii in quo à Deo merito est collocata: Ut inde, velut è specula prospiciens, non solum secularium legum, verum etiam S. R. Ec. Christianæque fidei patrocinium sumere, & ab hæreticorum injuriis vindicare deberet: Non oblitus suæ, Majorumque suorum gloriæ; Quæ inter omnes orthodoxos Principes semper emicuit. Memor etiam Germanicæ, cui præest, Nationis, quæ tam armis, quam religione, cæteris semper exemplum extitit; atque extirpandis pravarum hæresium sectis, proprium sanguinem pro fide Catholica toties effudit. Nunc in tanto Christianæ rei periculo, tam atroci facinori, tamque insigni sceleri, totis viribus vigilique studio occurrere, ac sollicitæ Dei Ecclesiæ, Petrique Naviculæ subsidium & opem quamprimum ferre, recensque adhuc vulnus resecare: atque in ipsum tanti sceleris autorem criminisque socios pro facti atrocitate animadvertere, ejusque perniciosas machinationes, & commenta sub gravissimis pœnis exterminare ne differat: ne hujusmodi pestis contagio, cui nunc obviam iri facile potest, Cæsar. Majestatis, in cujus solo hoc flagitium perpetratum est, sæva atque inexpiabili negligentia in maxima malorum incrementa, & simplicium animorum perniciem coalescat. Quare nos scientes quantum momenti vestra autoritas,*

*&*

*& voluntas ad juvandam hanc causam afferre possint: quantumque Illustriss. D. V. natura ipsa ad fidem & Religionem fovendam sit propensa: Eam summopere rogamus, atque etiam per Dei misericordiam obtestamur, ut ejus causæ adesse, fideique nostræ, quæ in tanto jam periculo versatur, fluctuantique Ecclesiæ patrocinium sumere, ac tanto malo occurrere velit. Nullatenus enim nostris temporibus, præsertim sub Cæsar. Majestatis Imperio ferendum est, in Catholica Dei Ecclesia, tot Sacris Conciliis, tot Patrum Decretis, tot illustrissimis probatissimorum virorum ingeniis, tot etiam miraculis, jam recepta, unum hominem, seu potius iniquitatis alumnum, nullo consilio, nulla prorsus ratione, propria autoritate sibi tantum contra Divina præcepta confidentem, passim, & impune insanire, atque ita insanire, ut sinceram, & candidam CHristi fidem, sathanæ suggestionibus maculare, & sanctæ Ecclesiæ concordiam malignis interpretationibus conturbare ausus sit. Quod cum ad Dei Opt. Max. cultum, ejusque Stæ Ecclesiæ unitatem & tutelam, ad fidei nostræ Christianæque Religionis conservationem: ad Cæsar. Majestatis & omnium Catholicorum Principum curam & sollicitudinem spectet, certissima spe confidimus, (quæ vestra est apud Cæs. Majestatem & apud omnes autoritas,) tanto malo opportuna remedia, pro ut facti autrocitas exigit, quam celerrime adhibitum iri. Sed qvum tam multa circa hoc occurrant, quæ Epistolaris angustia capere non posset: Ob id Laurentium Carce-*

 *rem,*

*rem, servitorem nostrum ad Cæsar. Majestatem & ad vos mittimus: cui super hac re integram fidem habeat Illustriss. D. V. Quæ diu feliciterque valeat. Dat. Olisiponæ, XI. Kal. Maji, Anno Natalis Dominici M. D. XXI.*

(L.S.) Cltuyn.

*Illustrissimo Principi, Dei gratia Saxoniæ Duci Fridrico, Sacri R. Imper. Electori, Amico carissimo.*

## XLVI. Colloquium *) cum CAROLSTADIO, A. C. MDXXIV. Jenæ atque Orlamundæ, mense Augusto.

*Martinus Reinhardus*, Ecclesiastes Jenensis, Carolstadio favens, in Actis Jenensibus & Orlamundensibus. T. 2. Opp. Lutheri Altenb. p. 797. sqq.

*Lutherus* Epist. ad Georg. Spalatinum T. 2. Epist. p. 234. b. *Mihi vehementer placet libellus de Actis meis Jhenensibus & Orlamundensibus, hoc nomine, quod video homines malæ fidei & conscientiæ, metuere sibi, & in hoc prævenire voluisse, & gloriam præripere, & opinionem mei*

*) Bzovius ad A. 1524. p. 531. seq.

*mei lædere - - Mihi quoque meus ferendus est Abſalon.* Et ad Nic. Amsdorfium, ibid. pag. 237. *Orlamundæ acta nequiter edidit Martinus Reinhardus, Jhenenſis Prædicator in meam ignominiam & Carolſtadii gloriam, ideo non reſpondeo, ne mea quæram, & gloriam illi ſtudeam aufferre, cum nihil ibi de cauſſa agatur. Carolſtadius interim ſcripſit Orlamundenſibus, addita quoque ſeorſim ſubſcriptio erat* (cujus etiam meminit p. 236.) Andreas Bodenſtein Unverhört und unüberwunden, vertrieben durch Martinum Lutherum. *Vides quod ego, qui martyr debui fieri, eo perveni, ut martyres ipſe faciam.* Scripta Lutheri Carolſtadio oppoſita exſtant T. 3. Altenb. p. 40. ſq. wider die himmliſchen Propheten. & p. 103. Warnungs-Schrifft, & alia T. 4. p. 445. 447. ſeq.

*D. Jo. Georgii Neumanni* Oratio de numo aureo quo Lutherus Carolſtadium ad certamen provocavit. Witeb. 1692. 4.

De Carolſtadio præterea, ejusque ingenio, doctrina & quas movit turbis, conſulendi præter illuſtrem *Seckendorfium* hiſtor. Lutheraniſmi lib. 1. p. 198.

*D. Val. Erneſtus Læſcherus* in der ausführlichen hiſtoria motuum, part. 1. cap. 1. p. 35. ſqq.

*D. Jo. Frid. Mayeri* diſſert. de Carolſtadio, contra Godofredum Arnoldum (Obſ. Hallenſ. part.

III. 8. & T. 2. Hist. hæres. p. 232. seq. T. 4. p. 198. sq.) Gryphiswald. 1708. 4. inprimis §. 12.

*Joannes Frimelius* in Witeberga à Calvinismo vexata, & in historia opidana de motibus Carolstadii & Sacramentariorum.

D. *Joannis Siricii* dissertatio Historico Theologica de Carolstadii erroribus, Giessæ 1662. 4. & recusa in B. D. Georgii Henrici Gœzii Elogiis Germanorum quorundam Theologorum Lubecæ 1708. 8. p. 185. sqq.

*Jo. Gotfrid Olearius* in scrinio antiquario pag. 181. sq. 192. sq.

Anonymi der alten und neuen Schwärmer widertäufferischer Geist, Cöthen. 1701. fol. p. 6. sqq.

*M. Jo. Adamus Calus* de Crypto Calvinianis Witebergensibus §. 4. Witeberg. 1714. 4.

*Erdmannus Uhse*, Rector Gymnasii Martisburg. in dem gelehrten Critico T. 3. qv. 26. p. 301. sq.

Centuria *Anonymi* à Madero edita n. 84.

*Christophorus Henricus Lœberus* in Hist. Ecclesiastica Orlamundana Jen. 1702. 8. p. 13. 148. 150. seqq.

*Joannis Bismarci* Oratio & *Melchior Adamus* in vitis Theologorum, *Paulus Freherus* theatro eruditor. p. 116. *Jo. Bartholomæus Lenzius* de Professoribus Witebergensibus natione Francis, Witeb. 1702. 4. §. 2. &c. *Georgii Mylii* Carolstadium redivivum in Ecclesia Anhaltina deformanda, Jenæ Ao. 1596. 4. editum eique oppositum examen *Theophili Fischeri*

*Fischeri*, Hanov. 1597. 8. omitto, quia ad institum meum parum faciunt.

De spectro qvo conterritus Basileæ, mense Febr. A. 1542. obiisse Carolstadius traditur, mentio in Nic. Amsdorfii litteris ad Wenceslaum Lincum datis A. 1542. 21. April. inter Epistolas ad Lincum a B. Alberto Menone Verpoortenio editas Coburg. 1708. 8. pag. 119. Et narratio Oporini, scripta Basileæ ad Camerarium de spectro post mortem Carolstadii perturbante ejus familiam, locumque in quo cadaver positum erat: MSta exstat in Bibl. Gothana. Vide Catalogum MSS. illius Bibliothecæ à Rev. D. Ernesto Salomone Cypriano editum p. 67. Carolstadii appellatio ad Concilium ex edit. Witteb. 1520. recusa in relationibus novantiquis An. 1719. p. 5--18. adde p. 572. Epistolæ 51. Carolstadii ad Georg. Spalatinum, cum una ad Eccium, Ecciique responsione leguntur in Jo. Gotfr. Olearii scrinio Antiquario, Halæ Saxon. 1671. 8. & in laudati D. Lœscheri Actis Reformat. T. 1. p. 844. T. 2. p. 649.

*Urbani Regii* Warnung wider den neuen Irrsaal Doctor Carlstadts, des Sacraments halben, T. 4. Opp. p. CXVII. seqq.

*Erasmi Alberi* wider die verkehrte Lehre der Carlstader. Neu-Brandenburg 1594. 8.

*Eliæ Franckii* Rectoris scholæ Islebiensis Orationem de opera Lutheri in refutandis Carlstadii

ſtadii erroribus A. 1717. Islebii habitam memorat D. Cyprianus in hilariis Evangelicis p. 511.

## XLVII. Colloquium cum BOHEMIS Joanne Cornu & Michaële Albo An. 1522. atque deinde iteratæ ad eum litteræ & legationes Bohemorum.

*Jo. Amoſi Comenii* hiſtoria fratrum Bohemiæ p. 22-30-34. edit. Rev. D. Buddei.
*Auguſtinus Antonius* de pathmo Lutheri p. 55.

## XLVIII. Hadriani VI. bulla ad Fridericum, Electorem Saxoniæ, ut Lutheri partes miſſas faciat. A. 1522.

Incipit: *Satis & plus quam ſatis ſuſtinuimus.* T. 1. bullarii Laurent. Cherubini T. 1. p. 629.

## XLIX. Minime Auctor ſeditionum aut tumultuum, à ruſticis eccitatorum, furorumque Anabaptiſticorum.

Tumultus ruſticorum A. 1524. ſeq. qui cœpere in Svevia, & deinde ad Rhenenſes, Francos, Haſſos

Hassos & Thuringos penetrarunt, Luthero immerito prorsus impinguntur, *) cum diu ante Lutheri cœptam reformationem jam præluserit similis motus rusticorum Spirensis A. 1503. cui nomen à calceis sive à tessera, Bund-Schuh: **) nec prorsus ex Lutheri partibus fuerint seditiosi, & Lutherus non modo alienus extiterit semper ab eorum furoribus, sed etiam palam, mature, gravissime, acerrime eos condemnaverit. Eadem æquitate eorundem tumultuum princeps & antesignanus ab aliis dictus fuit Erasmus. ***)

Pro Lutheri innocentia satis superque clamant scripta ejus Tomo 2. Altenburgens. obvia An. 1522. p. 79. Treue Vermahnuug an alle Christen, sich für Aufruhr und Empörung zu hüten. Et longe plura T. 2. An. 1525. von der

*) à *Cochleo*, *Surio*, *Bzovio*, *Rainaldo*, *Spondano* ad A. 1525. *Lud. Maimburgio* libro 2. hist. Lutheranismi. *Hieron. Emsero* in scripto der Bock tritt frey auf diesen Plan/ A. 1525. 4. edito, quo motus Münsterianos Luthero impingit. Unschuldige Nachrichten. 1717. p. 722.

**) Vide Bzovium ad A. 1503. n. XI.

***) Erasmus ad Jac. Sadoletum A. 1530. lib. XXV. Epist. 24. p. 1379. *Hieron. Aleander libello in quo docet quid significet Hebrais* racha, *præter omnem occasionem Pontifici scribit, se vehementer admirari, quum in agricolarum tumultu tot hominum millia trucidata sint apud Germanos*, Erasmum *adhuc vivere, qui totius hujus tumultus princeps & ante signanus fuerit, qui tempestatem sævissimam excitarit, qui maria turbarit ab imo.*

der Bauern Aufruhr durch etliche Lügen-und Mord-Geister erreget p. 106. Vermahnung an die Bauerschafft, von ihrem bösen Fürnehnehmen abzustehen p. 109. Antwort auf die zwölff Articul der Bauerschafft pag. 114. 122. Vermahnung an die Oberkeit und Bauerschafft p. 123. wider die räubrischen mördrischen Bauren p. 124. wider Thomam Müntzer p. 133. 134. 135. daß er nicht zu hart wider die Bauren geschrieben habe p. 141.

Illustris *Seckendorfius* ad librum secundum Maimburgii.

*Abraham Scultetus* Annal. Evangelii renovati ad A. 1525.

*Jo. Henricus Ottius* in Annalibus Anabaptisticis p. 15. 20. &c.

*Erdmann Uhse* in dem Gelehrten Critico T. 1. qu. 51. p. 563. sqq.

De bello illo plura præter memoratos scriptores *Philippus Melanchthon* in der Historia Thomæ Müntzers T. 3. Opp. Lutheri Altenburg. p. 126. *Petrus Haarer* sive *Crinitus* in historia rusticorum tumultuum quæ Germanice, & in Tomo III. Freheri Latine atque ex nupera Clariss. Struvii recensione auctior prodiit: *Huberti Thomæ* Leodii historia seditionis rusticanæ, ibid. *Jo. Sleidanus* libro IV. & V.

*Martinus Crusius* annalium Svev. lib. X. parte 3.

*Petrus Gnodalius* libris V. historiæ tumultuum rustico-

ſticorum Baſil. 1570. 8. & in Sim. Schardii ſcriptoribus rerum German. Tomo II. Baſil. 1574. fol. & Germanice *Jac. Schluſſero* interprete, Baſil. 1525. fol. *M. Jo. Fabricius Bolandus* libris decem motus Monaſterienſis, Carmine elegiaco. Colon. 1546. 8.

*Hieronymi Geyers* Bericht.

H. S. F. D. M. D. in ſpeculo Anabaptiſtici furoris Lugd. Bat. 8. ( *Burch.* Gotthelff *Struvii* Bibl. antiqua A. 1705. p. 556.)

Anonymus in widertäufriſchen Geiſt. Cöthen 1701. fol.

*Jo. Atrociani* elegia inter ejus carmina, Baſil. 1528 & apud Bzovium p. 599. Freherumque pag. 78. &c.

## L. Graviſſimo morbo & graviſſimis tentationibus eluctatus A. 1527.

Conſulenda lectu digna narratio, quam ex duabus relationibus Jo. Bugenhagii & Juſti Jonæ T. 3. Opp. Lutheri Jen. p. 401. Witeb. T. 9. p. 239. 243. & Altenburg. T. 3. pag. 772. ſeq. digeſſit laudatus D. Valent. Erneſtus Lœſcherus (in Evangeliſchen Zehenden XV. 8. T. 3. p. 224-240.)

LI.

## LI. D. LUTHERUS A. MDXXVII. Romæ, cum exercitus Caroli V. Imp. 6. Maj. Urbem occupaſſet, diripuiſſetque, pronunciatus PAPA.

Narratio direptionis expugnatæ Urbis, p. 137. edit. Caſp. Barthii, qui ex Italico tranſtulit & cum Petri Aretini (ſive Rodigveſii Cottæ potius) pornodidaſcalo edidit Cygneæ 1660. 8.

*Taceri non debet, quod nonnulli Germanorum militum globi, ludibrio circumſeſſi in arce Pontificis, facinus exhibuerunt. Ii mulabus equisque catervatim inſidentes cùm omnem urbem ſpectaculo ridicularum geſticulationum, opprobrio ſacerdotum fictarum, attraxiſſent, prope caſtrum S. Angeli tandem conſtitere. Tum unus inter eos*) vultus majeſtate & corporis proceritate paullum cæteris conſpectior, induto habitu Pontificali, Corona triplici capiti impoſita, infulis ſtolisque pretioſisſimis involutus, pompa Papali, equo ſe generoſiſſimo collocari fecit. Aderant non pauci, magnatum Cardinaliumque veſtimentis exornati, pars Epiſcopalibus mitris, pars cocco, albisque tunicis pro ſe quisque ſacerdotum Proceres exprimens: neque non ſatellites hinc inde equitantem circumcurſabant, tympanis tibiisque undique perſtrepentibus; plane ut ſummi Pontificis agmen, ipſum ſtipans pröe-*

*) Nomine *Grünwald* ſive *Viridis ſylva*. Vide Jo. Cochleum ad A. 1527. in actis Lutheri, Henr. Spondanum ad A. 1527. n. 5. Abram. Bzovium eod. Anno n. 26. Odoricum Reinaldum n. 20.

*pröequitantem, videre dixisses. Cum Castellum, vel & aliam aliquam domum, accessissent, qua Procerum captivorum aliquis obsidebatur, porrectis digitis benedicebat populum. Ubi lassus equitandi fuerat, sella parata humeris satellitum impenebatur, nonnunquam grandi poculo correpto, Captivo Pontifici propinabat, saluti ipsius & perpetuæ custodiæ. Secuti fictitium Papam omnes Cardinalium, Episcoporumque Chori, instar fidorum filiorum, patris haustum excepere; simul juramento se agmenque omne devincientes præeunte verba Præsule; nulli se umquam templo ædificando affuturos, Cæsari tamquam legitimo solique ipsorum Principi, obtemperaturos, fidemque servaturos; nullis umquam dolis insidiisve Romanum Imperium, quod nunc esset, infestaturos. Verum quod ex præscripto Apostoli Pauli ipsis conveniret, obedientiam Magistratibus, instar Christi, Petri, & omnium fere Christianorum, ipsius vitæ periculo firmam conservaturos. Quod contra Pontifices Romani cum omni Cardinalium suorum choro semper senserint, Excommunicatis Reipublicæ Christianæ necessariis Imperatoribus non alia de causa, quam quod horribili & inaudito ipsorum fastui regia Capita submittere detrectarent. Hinc orta innumerabilia mala adeo Divinam iram in genus mortalium exacerbasse, ut nulla non ætas dum Papæ rerum potiti sint, civilibus, parricidalibus, sacrilegisque bellis fas fere omne piumque tradiderit. Jam respexisse miseros à tanto tempore Deum, ultriciaque ipsorum arma sedi omnium*

G *scele-*

*ſcelerum intuliſſe, ut videre tamdem poſſint, quid meriti ſint qui Religionem voluptatibus ſuis conſtrinxerint. Eſſe nimirum penes Cæſarem virtutem animosque vindicandorum majorum præceſſorumque ſuorum, quorum capitibus ſceleratos pedes Pontifices impoſuerint. Se quidem (ea proclamatio militaris Papæ tum fuit) ut antea juramento ſanxerit, Imperatori fidum obedientemque, dum vita ſuppetat, futurum; Ab obitu vero ſuo jus omne Pontificiæ dignitatis teſtamento, (conſentientibus quos penes ejus negotii cardo verteretur,)* Martino Luthero *tranſcripturum; ut is pro lubitu & uſu publico, Sedi Apoſtolicæ tot vitia, jam præſulum libidine, & annorum ſerie contracta, exſtirparet, novisque velis, rudentibus, remis, & magiſtris navem Petri inſtrueret; quæ palaret modo velut ludibrio ventorum & æquoris expoſita, inſciis regiminis incurioſisque, qui ad clavum ſedentes noctu diuque pergræcarentur, parum de tempeſtate ſolliciti. Addidit his magna voce: Cui ea res placeret, quique arbitrium ſuum in ea exſequenda ſecuturus eſſet, manu ſublata clarum conſenſui ſignum daret. Compoſiti ad id milites toto agmine manibus porrectis vociferati ſunt:* Vita Luthero Papæ! Vivat Lutherus Pontifex! *Ea omnia in oculis* Clementis Septimi *geſta, quo vultu excepta ab ipſo univerſoque Comitatu fuerint, in facili eſt conjectari.*

*D. Jo. Frid. Mayerus* diſſ. de Doctoratu Theologico Kil. 1699. ſub initium: & in ſcripto cui titu-

titulus unsterblicher Lutherus, Hamb. 1698. 4. pag. 36.

## LII. PROTESTATIONES Principum Germaniæ adversus decreta in Comitiis a) A. 1522. Norimbergæ & A. 1526. atque inprimis 1529. Spiræ, b) Luthero & ejus doctrinæ adhærentibus comminantia, unde Nobile PROTESTANTIUM Nomen.

Churfürstens zu Sachsen Johannis Protestation 11. Febr. A. 1523. apud egregium Virum Jo. Joachimum Müllerum pag. 8. operis præstantissimi cui titulus: Historia von der Evangelischen Stände Protestation und Appellation wider, und von dem Reichs-Abschiede zu Speyer 1529. denn der darauf erfolgten legation in Spanien, c) an Käyserl. Majest. Carln den Vten, wie auch ferner dem zu Augspurg auf



a) De his Frid. Hortleder in des Heil. Römischen Reichs Handlungen. T. 1. cap. 1.

b) Decretum Spirense exstat etiam apud Cœlestinum libro 2. hist. Comitiorum Augustan. p. 191. b. De Actis Comitiorum conferendus Seckendorfius lib. 2. p. 127. seq. De protestatione breviter etiam Dav. Chytræus in Saxonica Historia lib. 12. p. 365.

c) De hac legatione Sleidanus libro VII. & Mullerus pag. 143. sqq.

dem Reichs-Tage übergebenen Glaubens-Bekänntniß. Jen. 1705. 4.

Churfürstens zu Brandenburg Casimiri und seines Herrn Bruders Georgii Abschied und Meinung. Onolsbaci 1526. mense Octobr. Apud Hortbederum T. 1. c. 3. p. 37.

Bedencken der Churfürsten, Fürsten und anderer Verordneten zum grossen Ausschuß, verlesen auf dem Reichs-Tag zu Speyer, am Sonntag Quasimodogeniti, A. 1529. apud laudatum Mullerum p. 25.

Hertzog Heinrich zu Braunschweig, und Marggraf Philipps von Baden Compositions-Artickel, Mittwochs nach Jubilate An. 1529. ibid. pag. 42.

[Bedencken Doct. Luthers und Melanchthonis wider den Speyerischen Abschied. ibidem p. 47.]

Instrumentum Protestationis & Appellationis, 19. April. nomine Joannis Electoris Sax. Georgii Electoris Brandenburgici, Ernesti & Francisci Ducum Brunsvic. & Luneburgensium, Philippi Landgravii Hassiæ, & Wolffgangi Principis Anhaltini, Germanice apud Müllerum p. 52. sqq. & Jo. Christianum Lunigium T. 1. spicilegii Ecclesiastici p. 777. Confer Cœlestinum lib. 2. historiæ Comitiorum Augustan. pag. 194. seq. & Sleidanum libro sexto, qui notat Protestationi huic accessisse civitates XIV. Argentinam, Campodunum, Constantiam, Halibrunum, Isnam, Lindaviam,

viam, Memingam, Noribergam, Norlingam, Rutelingam, Sangallum, Ulmam, Winssemium, & Wisseburgum. Confer Müllerum libro laudato p. 145.

Churfürst Joannis Ausschreiben, Donnerstag nach Exaudi An. 1529. T. 2. Opp. Lutheri Islebiens. p. 14. T. IV. Altenb. p. 799.

Et apud Hortlederum T. 1. cap. 4. p. 43. Müllerum pag. 126.

Philippi Landgrafens von Hessen Ausschreiben Protestation und Ursache, den fünfften Tag May, 1529. apud Hortlederum Tom. 1. cap. 5. pag. 44.

Georg Voglers, Marggräfl. Brandenburgischen Cantzlers Beschwerung wegen der Arretirung der Gesandten, nach insinuirter Appellation. apud Hortleder. T. 1. cap. 6. p. 46. Müllerum pag. 318.

Relation oder Bericht der Protestation der Churfürsten, und Städte Abgesandten. Hortleder. lib. 1. cap. 7. pag. 49.

D. Lutheri Bedencken, die im Articul vom heiligen Abendmahl dissentirende in das Religions-Bündniß nicht mit aufzunehmen. apud Müllerum p. 230.

*Jo. Strauchii* dissert. exoterica Juris Publici VII. de causis Protestationis. Jenens. 1665. 4.

## LIII. Colloquium MARPURGENSE, auspiciis PHILIPPI Hassiæ, Landgravii habitum A. 1529. inter Lutherum, Philippumque ex una, *) & Zwinglium atque Oecolampadium ab altera parte.

*Lutherus* ipse in litteris ad *Philippum Landgravium* Hassiæ, Germanice T. IV. Altenb. pag. 560. & Latine apud Hospinian. T. 2. histor. Sacramentar. p. 73.

In litteris ad *Jacobum* Præpositum Bremensem, Germanice in B. D. Mayeri Observatt. ad Selneccerum de vita Lutheri pag. 231. seq. Latine apud Hospinian. p. 82. b. & Abrahamum Scultetum in annalibus renovati Evangelii p. 140.

In Concione T. IV. Altenb. p. 757.

*Philippus Melanchthon* in summa disputationis de Sacramento habitæ Marpurgi, ad *Henricum* Ducem Saxoniæ, Germanice inter Lutheri Opera Tom. IV. Altenburgens. p. 561. seq.

In

*) Advenere etiam Lutheri faventes partibus Justus Jonas, Andreas Osiander, Joannes Brentius & Stephanus Agricola: ex Zwinglii, Bucerus, Hedio, Jac. Sturmius, Ulricus Funckius Tigurinus & alius Basileensis. Vide Lutheri Epistolam ad Joannem Agricolam, quæ est duodecentesima inter editas Latine à Rev. D. Buddeo p. 71. Philippus Melanchthon ad eundem Agricolam: *Valde contenderunt ut à nobis fratres nominarentur. Vide eorum stultitiam, cum damnant nos, cupiunt tamen à nobis fratres haberi*, ibid. p. 72.

In litteris ad Electorem Saxoniæ *Johannem*, Latine apud Scultetum p. 139. & Hospinianum p. 80. seq.

*Justi Jonæ* Epistola ad *Wilhelmum Reiffensteinium* Consiliarium Stolbergicum, quam edidit illustris Seckendorfius lib. 2. Hist. Lutheranismi p. 139.

*Anonymi* relatio uberior de hoc Colloquio apud *Jo. Wigandum* de Sacramentariismo pag. 424. seq.

*Lucas Osiander* Centur. XVI. Hist. Eccles. libr. 2. cap. 10.

D. *Leonhardus Hutterus* in Concordia Concorde pag. 1199.

*Jo. Dieterici* dissert. Præside *D. Justo Feurbornio*, Marp. 1627. &. discursus Historico Theologicus de actis Colloquii hujus, memoriam ejus sæcularem renovans. Marpurg. 1629. 4.

*Theol. Saxon.* in der Hist. des Sacrament-Streits. &c.

*D. Val. Ernestus Læscherus* in der ausführlichen Historia motuum zwischen den Evangelisch-Lutherischen und Reformirten, Frf. 1707. 4. part. 1. cap. 6. p. 154. sqq.

*Jo. Joachim Müller* in der Historia der Protestation und Appellation c. 20. p. 304. sqq.

*Jo. Lud. Hartmann* T. 4. Concil. p. 499. 507. sqq.

*Zwinglii partibus faventes:*

Acta Colloquii hujus scripta *Casp. Hedionis* manu servari in Bibl. publica Argentoratensi, notavit laudatus D. Mayerus ad Selneccerum de Lutheri vita p. 231.

*Rodolphus Hospinianus* T. 2. historiæ sacramentariæ p. 72. seqq. ex actis à *Rodolpho Collino*, Professore Tigurino, Zwinglii comite adornatis, & ex *Zwinglii* ipsius p. 77. *Oecolampadii* p. 83. *Buceri* p. 84. & *Tigurinorum* Ministrorum p. 88. seq. Commentariis atque Epistolis.

*Jo. Henricus Hottingerus* T. VIII. Hist. Ecclesiastæ p. 442. seq. 256.

*Abraham Scultetus* in Annalibus Evangelii renovati ad A. 1529. pag. 138. seq. edit. V. C. Hermanni ab Hardt, in ejus historia litteraria Reformationis Frf. 1717. fol.

## LIV. Pathmus COBURGENSIS A. C 1530. Hymnus Lutheri ex Psalmo XLVI. Eine feste Burg ist unser GOTT.

Circa medium Aprilis, jussu Electoris in arcem Coburgensem se contulit, quod tutum non esset Augustam se conferre, præsentemque se Imperatori, à quo proscriptus fuerat, sistere. De hoc secessu Lutheri Coburgensi diligenter scripsit V. C. *Christianus Schlegelius* in vita Joannis Langeri, primi Superintendentis Coburgensis pag. 90. sqq. qui etiam de scriptis Lutheri Coburgensibus adeundus p. 109. Gothæ 1722. 4. Præterea consulendi:

*Georgius Cœlestinus* hist. Comitiorum Augustanorum lib. 2. p. 153.

*Augu-*

*Augustinus Antonius* in diss. de Pathmo Lutheri Isenacensi, quam sub C. V. Christophoro Cellario habuit, §. 4. Sed quod ibi traditur B. Doctorem, Coburgi composuisse hymnum nobilem qui incipit: Eine feste Burg ist unser GOtt, licet etiam confirmatur à Nic. Selneccero de vita Lutheri p. 163. & Georgio Cœlestino T. 1. hist. Aug. Confess. p. 21. non est credibile, quia jam exstat in libro sacrorum hymnorum quem A. 1529. Lutherus edidit, ut notatum Rev. Jo. Christoph. Oleario in libro cui titulus: Evangelischer Lieder-Schatz Jen. 1705. 8. T. 2. p. 25. Igitur paullo laxius accipiendum est, quod Cyriacus Spangenbergius in cithara Davidica parte 4. p. 6. ait Lutherum paucis ante beatam analysim annis (nicht sehr lange für seinen Abschied) illum composuisse, quod ex eo repetiit B. D. Jo. Frid. Mayerus in diss. de hoc hymno edita Kiloniæ 1702. 4.

*B. Jacobus Thomasius* notis ad Jo. Meelführeri Dicta Biblica historiis illustrata (Historisches Spruch-Buch) p. 452.

Explicatio Psalmi XXIV. Vito Theodoro dictata 22. Sept. 1530. exstat apud Cœlestinum Tomo 3. p. 139. b.

Lutheri Bedencken, ob und wie ferne man in Religions-Sachen den Käyser Richter seyn lassen könne. 9. Jul. 1530. apud Jo. Joach. Müllerum in historia Protestationis p. 656.

## LV. 1. D. LUTHERI partes in AUGUSTANA CONFESSIONE, exhibita CAROLO V. Imp. A.C. MDXXX. 25. Jun.

Lutheri XVII. Articuli *Torgæ* compoſiti, *Germanice,* T. V. Jen. p. 18. T. IX. Witebergenſ. p. 409. b. T. V. Altenb. p. 14. Bekänntniß Chriſtl. Lehre und Glaubens, & in Dav. Chytræi Hiſtorie der Augſpurgiſchen Confeſſion p. 17. b. & in Jo. Joachimi Mülleri Hiſtoria Proteſtationis p. 442.

Niederſächſiſch, Magdeb. 1530. 8.

Confeſſio Doctrinæ & Fidei Chriſtianæ, apud Cœleſtinum Tom. 1. p. 25. & ſeparatim Lipſiæ 1605. 8. ſub titulo *Martini Lutheri Auguſtanæ Confeſſionis prima delineatio.* & Opp. Lutheri T. V. Lat. Jenenſ. p. 14. nec non cum libris Symbolicis Eccleſiæ Lutheranæ, in editione Concordiæ à D. Philippo Müllero curata Jen. 1705. 4. Et apud Georg. Cœleſtinum in hiſtoria Aug. Confeſſionis T. 1. pag. 25. b. Chytræum p. 21.

*D. Jo. Guil. Jani* & *Jo. Jacobi Layritii* diſſert. duæ de Articulis Svobacenſibus †) Auguſtanæ Confeſſionis fundamento. Witeb. 1719. 4.

*D. Val.*

†) Merito laudatus Janus cum Layritio confutat ſententiam Rentſchii, qui XVII. Articulos in conventu Svobaci, opido Noribergæ vicino An. 1528. putat compoſitos ab Andrea Oſiandro & Joanne Rurero atque Auguſtanæ Confeſſionis materiam præbuiſſe: cum articuli illi An. 1529. Svobaci

14.

*D. Val. Alberti* Widerlegung des Wienerischen Buchs, Augustana & anti Augustana Confessio §. 28. seq.
*Christianus Schlegelius* in vita Joannis Langeri p. 125. seq.

Cum Philippus, XVII. Articulis Lutheri usus Confessionem Augustæ Vindelicorum Latine consignasset, Elector Joannes eam die XI. Maji misit ad Lutherum, cui Lutherus *) respondit hunc in modum:

**Gnade und Friede in Christo unserm HErrn.**

Durchlauchtigster, Hochgebohrner Fürst, Gnädiger Herr.

Ich habe M. Philipsen Apologia **) überlesen, die gefällt mir fast wohl, und weiß nichts dran zu bessern, noch zu ändern, würde sich auch nicht schicken, denn ich so sanfft und leise nicht treten kan. Christus unser HErr helffe, daß sie viel und grosse Frucht schaffe, wie wir hoffen und bitten, Amen.

Germanice & Latine ita consignata Confessio oblata fuit Cæsari, atque Germanice in Comitiis prælecta est, quo comperto Lu-the-

14. Oct. demum prolati, iidem sint cum Torgensibus quos Lutherus conscripsit. De Svobacensi conventu Jo. Joachimus Müllerus in historia Protestationis p. 280. seq.

*) Apud Chytræum p. 26. Coelestinum T. 1. p. 40. b.

**) Confessionem intelligit. Præter quam alia quoque σύνοψις doctrinæ composita à Philippo, quam exhibet Cœlestinus T. 1. p. 94. seq.

therus apud Wolfium T. 2. lect. memorabil. p. 79. & Cœlestinum T. 1. pag. 140. b. 207. *Dum Concionatoribus aulicis in Comitiis privatas Conciones *) interdicunt, ecce prodit Elector Saxoniæ & cæteri Principes ac Domini cum scripta Confessione, & concionantur multo liberius & palam coram ipso Imperatore & toto Imperio.*

Amica tractatio de articulis controversis, de qua Chytræus p. 146. sq. Cœlestinus T. 3. p. 43. sq. Müllerus pag. 748. sq. Luthero minime placuit, ut ipse litteris 20. Sept. 1530. ad Justum Jonam datis, apud Cœlestinum p. 57. & Chytræum p. 181. graviter fuit testatus.

De Lutheri animo imperterrito plenoque spei ac fiduciæ, & quo Philippum timidiorem sæpissime erexit, magna ac præclara sunt quæ apud eundem Chytræum & Cœlestinum libr. 1. p. 138. b. sq. lib. 2. p. 197. 198. sq. 205. 276. lib. 3. p. 24. b. 28. b. 37. b. 40. sq. 42. lib. 4. p. 92. leguntur & in D. Val. Ernesti Lœscheri Evangelischen Zehenden XVII. 7. T. 3. p. 350-369.

Käyserlicher Abschied des Reich-Tags An. 1530. apud Chytræum pag. 253. Müllerum p. 895. 974. 987. Reichs-Abschied. ibid. p. 997.

Luthe-

*) Vide Jo. Joach. Mülleri historiam Protestationis pag. 481. sqq. 537. sqq. Cœlestinum T. 1. p. 32. b. seq. 52. b. 80. 83. 86. 89. seq. 139. b. Edictum p. 92. ut partis utriusque Concionatores desisterent, donec de Religione decideretur. Müller. p. 55.

Lutheri Vermahnung an die Geistlichen versammlet auf dem Reich-Tag zu Augspurg. A. 1530. apud Chytræum p. 197. & Latine apud Cœlestinum l. 2. p. 153. Admonitio ad Ecclesiasticos.
Warnung an seine liebe Deutschen. apud Chytræum p. 226. Latine apud Cœlestinum T. 4. p. 100. b.
De Missa privata judicium duplex apud Cœlestinum lib. 2. p. 280. b. 284.
De traditionibus, apud Cœlestinum lib. 2. p. 290.

## 2. AUGUSTANÆ CONFESSIONIS Editiones.

Inter libros *) prohibitos referri vetuit Carolus V. Imperator. Vide Hugonem Grotium T. 3. Opp. Theolog. p. 685.
*Germanice* prodiit Witeberg. 1531. 4. Norimb. 1532. Tübing. 1535. 8. Witeberg. 1536. 4. &c.
Inter Lutheri Opera T. 6. Jen. p. 362. T. 5. Altenburgens. p. 29. & in Tomo Hallensi p. 346.
In Dav. Chytræi Historia der Augspurgischen Confession pag 47. in Georgii Cœlestini lib. 2. p. 151. aus dem Original und Protocoll, beyden Churfürsten zu Sachsen und Brandenburg zugeschickt.
Inter Libros Symbolicos Ecclesiæ Lutheranæ, sive in Concordia Germanice edita Dresdæ 1580. fol. Magd. 1581. 4. Frf. ad Oderam 1581. fol. Lips.

*) De edicto in Comitiis Augustanis publicato de non imprimendis nec edendis sine censura & concessione libris, vide Jo. Joach. Mülleri historiam Protestationis p. 696.

Lipſ. 1603. 1622. 4. Stutgard. 1660. 4. & cum introductione *D. Henrici Pippingii* & μακαρί-τȣ Lipſ. 1703. 4. (Acta Erud. 1703. p. 238.)

In der nothwendigen Verthädigung des Aug-Apfels, ꝛc. Jo. Joach. Mülleri hiſtoria Proteſtationis p. 595.

Ad Germanicam Confeſſionem provocatur in Apologia p. 51.

*Latine* A. 1531. 4. ita excuſa, teſte Melanchthone, ab avaro aliquo typographo, *ut multis in locis appareat de induſtria depravatam eſſe.* Inde ex bonæ fidei exemplari deſcripta editaque à Melanchthone una cum Apologia. Witeberg. 1531. 8. Pſal. CXIX. *& loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* De varietate illarum editionum vide die nochmahlige Haupt-Vertheidigung des Aug-Apfels p. 292.

In Operibus Theologologicis Philippi Melanchthonis Witeb. 1562. fol. T. 1. p. 27. b. Inter Lutheri Opera T. 4. Jen. p. 193.

Inter libros Symbolicos Eccleſiæ Lutheranæ ſæpiſſime, ut Lipſiæ 1580. 4. & cum appendice D. Adami Rechenbergi, Lipſ. 1677. 8. & D. Philippo Müllero curante Jen. 1705. 4.

Inter Lutheri Opera Latina Tom. 4. Jenenſ. pag. 139. &c.

Apud Cœleſtinum lib. 2. Hiſt. Auguſtanorum Comitiorum p. 169. & de abuſibus p. 219. b. ſeq. & in Chytræi Hiſtoria Auguſt. Confeſſ. atque in neceſſaria defenſione *Pupillæ*, Latine edi-

ta Lipf. 1629. 4. Proverb. VII. 2. *Serva legem meam quasi pupillam oculi tui.*

In Lucæ Ofiandri Hiftoria Ecclefiaftica Sec. XVI. p. 147. &c.

Francof. 1589. 4. quæ editio Apologiam & *D. Jo. Pappi* Commentarios fubjunctos habet. Commendanda hæc vel propter octo indices, quibus feries locorum, ordine Confesfionis atque alphabetico, loci iidem à Petro Lombardo & in Concilio Tridentino tractati, loci Scripturæ S. & Patrum teftimonia. cum hærefeon, errorumque & abufuum, rerum & verborum indice continetur.

*Latine & Germanice* in der nohtwendigen Vertheidigung des Aug-Apfels. Lipf. 1629. 4.

In Concordia Germanico Latina, curante M. Chriftiano Reineccio. Lipf. 1708. 4. quæ longe præftantiffima eft editio.

## 3. Verfiones.

*Græce* verfa à Paulo Dolfcio, Plaunenfi A. 1559. vide Martini Crufii TurcoGræciam pag. 488. Miffa ad Patriarcham CPol. Jerem. A. 1575. Prodiit Witeb. 1587. 8. Græce & Latine legitur in Würtenbergenfium Theologorum actis cum Jeremia Patriarcha CPol. A. 1584 fol. & in D. Georgii Chriftiani Eilmari gülde-nem Kleinod. Brunfvici 1701.

*Hifpanice* transtulit Sandovallius.

*Belgice* Amft. 1650. 8. cum *Zachariæ Webberi* hiftoria Auguftanæ Confeffionis & Lutheri vita.

Chy-

Chytræus p. 85. Es haben auch der frembden Potentaten Gesandten die Confession ein jeder in seines Landes Sprache †) übersetzet, und in die fürnehmsten Königliche und Fürstliche Höfe und Städte in gantz Europa ausgesprengt.

## 4. Auctoritas.

Inter libros Symbolicos Ecclesiæ Lutheranæ præcipuo loco legitur, post tria Ecclesiæ Symbola Apostolicum Nicænum atq; Athanasianum: neque in Germania tantum repetita etiam in corpore Julio A. 1576. in repetitione Corporis Prutenici A. 1567. in Norma Doctrinæ Norimbergensi A. 1646. &c. sed extra Germaniam quoque, ut in Svecia receptam An. 1537. notat Jo. Baazius in inventario Hist. Ecclesiasticæ Svecorum: & solenniter ab omnibus Regni Ordinibus A. 1613. Jo. Loccenius in Antiquitatibus Sveco-Gothicis p. 17.

*D. Jo. Georgius Dorsheus* diss. Argentorati A. 1630. edita de Aug. Confessionis auctoritate in Imperio &c.

*D. Jo. Christoph. Pfaffius* diss. de Ecclesia repræsentativa in Conciliis p. 18.

*D. Philippi Lud. Hannekenii* declaratio Theologica de vera A. C. æstimatione, ejusque charactere Symbolari. Witeb. 1697. 4.

*D. Jo.*

†) Hungaricam, Bohemicam, Gallicam, Britannicam, Italicam, Lusitanicam.

*D. Jo. Bened. Carpzovius* filius, diss. de Θεοπνευϛία Scripturæ S. §. 34. seq. in Volumine dispp. Academicarum p. 1362. seq.

*D. Jo. Fechtius* in diss. utrum libri Symbolici vere an æquivoce dicantur Divini. Rostoch. 1703. 4. (Nova lit. maris Balt. 1706. p. 103.) *Gottlieb Wernsdorfius* sub præsidio *B. Joan. Georgii Neumanni* diss. de auctoritate librorum Symbolicorum Witeb. 1698. & ad calcem libri de indifferentismo Religionum. ibid. 1716. 8. *D. Gottlob Frid. Seeligmanni* de auctoritate librorum Symb. non repudianda. Lips. 1706. 4.

*Reinhardi Henrici Rollii* de Symbololatria nostratibus inique objecta.

*Jo. Henrici van Seelen* vindicæ contra Gotfrid. Arnoldum. Lubec. 1718. 4.

*Sam. Schrœeri* Ehren-Rettung der Symbolischen Glaubens-Bücher Christlicher Kirchen. Witeb. 1699. 4.

*Seb. Edzardi* contra Jo. Mich. Langium. Hamb. 1705

*D. Georg. Hæberlinus* in der Schrifftmässigen Wiederlegung p. 575. seq. wider *Ambrosii Sehmanns* (Jo. Jacobi Zimmermanni) muthmaßliche Zeit-Bestimmung c. 13. &c.

## 5. Historiæ Augustanæ Confessionis Scriptores.

*D. Jo. Franciscus Buddeus* diss. de Colloquiis charitativis Seculi XVI. §. 6. sq.

*Joach. Camerarius* vita Philippi Melanchthonis p. 122. ad 132.

*D. Jo. Benedictus Carpzovius*, Pater, Isagoge in libros Symbolicos Lipſ. 1665. 1675. & tertia editione 1699. 4.

*Martini Chemnitii* Oratio de initiis, cauſſis & progreſſu Auguſtanæ Confeſſionis, de vita & laboribus Lutheri. Jen. 1592. 4.

DAVIDIS CHYTRÆI Hiſtoria der Augſpurgiſchen Confeſſion, wie ſie erſtlich berathſchlaget, verfaſſet, und Kayſer Carolo V. übergeben iſt. Roſt. 1576. 1580. 4. Eisleb. 1599. 4. Franckfurt 1600. 4. & auctore ipso interprete Latine prodiit Francof. 1587. 4. cui editioni plura acceſſerunt. Confer B. Othonem Frider. Schützium de vita Chytræi lib. 2. p. 342. ſeq. qui Gallicam quoque verſionem Caſſiodori Reinii, Antwerp. 1581. vulgatam p. 350. memorat. Idem p. 353. ſeq. copioſe de Chytræi *præmonitione* adverſus Cœleſtinum, quæ in Epiſtolis Chytræi p. 846. ſq. legitur.

GEORGII COELESTINI, Eccleſiæ Colonienſis in Marchia Præpoſiti, hiſtoria Comitiorum A. 1530. Auguſtæ celebratorum, Francofurti ad Viadrum 1577. fol. Tomi IV. Secunda auctior editio quam T. 3. p. 139. b. promittit, nunquam in lucem data eſt.

*D. Erneſti Salomonis Cypriani* hilaria Evangelica p. 551. ſeq.

*Jo.*

*Jo. Conradus Durrius* Isagoge in libros normales Noribergensis Ecclesiæ 1675. 4.

*Jo. Michaëlis Dillherri* historia Augustanæ Confess. Noribergæ 1643. 12.

*Jo. Georgius Dorsheus* de Augustanæ Confessionis auctoritate in Imperio, legitima interpretatione, sinceritate, mutatione, inviolabilitate: cum præf. de quinque Imperatoribus Carolis. Argent. 1630. 4. Lips. 1703. 4.

*Jo. Ludovicus Hartmannus* T. 4. Concil. p. 470. 527. seq.

*D. Christianus Kortholtus* in apparatu postumo ad studium S. Theologiæ.

*D. Casp. Læscheri* hypomnemata, 2) paralipomena & 3) præterita symbolica. Witeb. 1709. 1710. 4.

*Val. Ernestus Læscherus* in der ausführlichen historia motuum zwischen den Evangelisch-Lutherischen und den Reformirten T. 1. p. 171. seq.

*Balthasar Mentzerus* prolegomenis in exegesin Augustanæ Confessionis, & alii ejusdem interpretes, de quibus infra n. 6.

JO. JOACHIMUS MULLERUS in historia Protestationis, Germanice edita Jenæ 1705. 4. libro integro tertio, quo etiam refellitur Pontificii hominis scriptum, statim post finita Comitia Augustana editum: Bericht * was dem Christlichen Glauben zu gut auf dem Reichs-Tag zu Augspurg A. 1530. gehandelt worden. Idem laudatus Mullerus, usus collectione



* Exstat apud Hortlederum T. 1. lib. 1. c. 9. p. 60--67.

ctione MS. in Bibl. Vinarienſi, cui titulus: Handlung der Religions-Sachen zu Augſpurg. Vide pag. 423. ubi auctorem ſuſpicatur eſſe Gregorium Bruckium, ſive Pontanum, Electoris Saxoniæ Cancellarium.

*Lucas Oſiander* Centur. XVI. Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13.

*D. Auguſtus Pfeiferus* in brevi hiſtoria & Oeconomia Auguſtanæ Confeſſionis, ſubjecta ejus Chriſtognoſiæ Johanneo Paulinæ. Lipſ. 1682.

*D. Henric. Pippingius* in der Hiſtoriſch-Theologiſchen Einleitung zu den Symboliſchen Schrifften der Lutheriſchen Kirchen. Leipz. 1703. 4.

*D. Conradus Tiburtius Rango* in ſua A. C. editione 1644. 12.

*D. Adam. Rechenbergius* appendice ad libros Eccleſiarum noſtrarum Symbolicos. Lipſiæ 1677. 8. & deinde ſæpius.

*Joannes Saubertus* in miraculis * Auguſtanæ Confeſſionis. Noribergæ 1631. 4. 1698. 4. *Jo. Georgii*

* *M. Jo. Andreæ Walteri*, Superint. Pegavienſis, ſingulare mirandum Providentiæ Divinæ documentum Auguſtanæ Confeſſionis, Lipſ. 1719. 4. Germanice editum, continet relationem de Sereniſſ. Duce Saxon. Mauritio Wilhelmo, qui Pontificia ſacra A. 1717. 18. April. profeſſus, ad Lutherana & Evangelica iterum rediit d. 16. Octobr. A. 1718. non diu poſt beate defunctus 15. Nov. De eo confer Hilaria Evangelica p. 920. Unſchuldige Nachrichten A. 1719. p. 331. 460. 1138. & Chriſtiani Gerberi Hiſtorie der Wiedergebohrnen T. 1. p. 248. ſeq.

*Georgii Dorſchei* de Providentia DEI circa Auguſtanam Confeſſionem. Roſt. 1655. 4.
*Aug. Varenius* initio exegeſeos articulorum Auguſtan. Confeſſionis, Roſtoch. 1664. 4.
*Erhardi Lauterbachs* miraculum Auguſtanæ Confeſſionis, kurtze Hiſtoriſch-Theologiſche Anleitung und Vermahnung. Lipſ. 1630. 4.
*D. Jo. Schmidii* diſſ. de Auguſtanæ Confeſſionis Nomine, Occaſione, autoribus, oblatione, acceptatione. Argentor. 1630. 4. cum Dorſcheo, & Lipſ. 1703. 4.
*Seckendorfius* hiſt. Lutheraniſmi ad A. 1530.
*Nicol. Selnecceri* Oratio Hiſtorica de Auguſtana Confeſſione.
*Jo. Sleidanus* libro VII.
*Juſti Sœffingii* qvæſtiones Hiſtorico Theologicæ in Auguſtanam Confeſſ. in ſchola Rudolphopolitana Schwartzburgica ad diſputandum propoſitæ.
*G. Spalatinus* T. V. Altenb. p. 156. ſeq.
*Zacharias Webber* de quo ſupra p. 111.
*D. Gottlieb Wernsdorfii* Auguſtanæ Confeſſionis hiſtoria à recentiorum quorundam corruptelis breviter vindicata. Witeb. 1705. 4. (Nova literaria Hamburg. 1705. pag. 444.) Ejusdem præclari Doctoris hiſtoria Confesſionis tetrapolitanæ (Argentorati, Memmingæ, Conſtantiæ ac Lindaviæ A. 1530.) Witeb. 1694. ac deinde ſæpius. V. C. *Jo. Georgii Schelhornii* ad eam Analecta. T. VI. amœnitat. literar.

*D. Jo. Wigandi* Historia de Augustana Confessione, Regiomonte 1574. & cum præfat. *D. Henrici Muhlii* Kil. 1713. 8.

## 6. Augustanæ Confessionis Exegeses, Commentarii, Synopses &c.

*Formula Concordiæ in declaratione articuli VII. de Cœna Domini p.* 736.

Cum D. Lutherus haud dubie præcipuus earum Ecclesiarum, quæ Augustanam Confessionem amplexæ sunt, Doctor fuerit, (cujus tota doctrina, tanquam compendio, summatim in Augustana Confessione comprehensa, & Imperatori Carolo V. exhibita est) profecto commemoratæ illius Augustanæ Confessionis propria, vera, & genuina sententia ex nullius hominis libellis rectius & certius, *) quam ex D. Lutheri Didacticis & Polemicis scriptis hauriri potest.

*D. Val. Alberti* Augustana Confessio thetice & Apologetice, imprimis contra Joannis Dez S. J. aliorumque fallacias. Lipsiæ 1690. 12. Acta Erud. p. 26.

*Dan. Arcularii* Commentarius & Dispp. Marpurg. 1601. 8.

*Abrah. Calovii* Criticus sacer & Commentarius Lips. 1646. 4. Exegema Witeberg. 1667. 4. Apodixis articulorum fidei 1684. Consensus

*) Confer Hutteri Concordiam Concordem p. 933.

ſus fidei Lutheranæ ex libris Symbolicis repetitus. 1666. 4.

*Jo. Benedictus Carpzovius*, Pater, in iſagoge ad libros Symbolicos. Lipſiæ 1665. 4. 1675. 4. 1699. 4.

*Martini Chemnitii* judicium controverſiis quibusdam circa quosdam A. C. articulos. Witeb. 1594. 4.

*Jo. Deutſchmanni* conſideratio generalis, exegeſis; methodica repetitio, panoplia &c.

*Conradi Dieterici* repetitio, expoſitio & confirmatio à Theologis Marpurg. 1630. 4.

*Laur. Drabitii* Predigten. Leipz. 1593.

*Jo. Fabricii* 283. Predigten. Nürnb. 1652. 4.

*Caſp. Finckii* Erklärung. Coburg 1630. 12.

*Wolfgangi Franzii* diſputationes. Witeb. 1611. 1613. 4. earumque Vindiciæ contra Valentinum Smalcium. 1621. 4.

*Jo. Ern. Gerhardi* diſputationes. Jen. 1654. 4.

*Jo. Conr. Gœbelii* Predigten. Franckf. 1654. fol.

Graverus redivivus, *Jo. Alberti Graweri* prælectiones. Jen. 1633. 1653. 1668. 8.

*Georgii Groſſhain* præcognita. Erfurt. 1633. 8.

*Wolfgangi Guntheri*, Glashuttenſis Miſnici, Paſtoris in Mügeln, analyſis Auguſtanæ Confeſſ. Articulorum Smalcaldicorum & formulæ Concordiæ, tabellis expreſſa. Witebergæ 1614. 4. Sic univerſos libros Symbolicos tabellis digeſſit *Jo. Schulerus*. Lipſiæ 1667. fol. cum præf. B. D. Jo. Adami Scherzeri.

*Phil. Ludov. Hannekenii* declaratio ſeu expoſitio. Witeb. 1695. 4. *Jo. Himmelii* Collegium Auguſtanum diſpp. XX. Jen. 1621. 4.

*Godfridi Hofmanni* Commentarius in libros Symbolicos. Tubing. 1722. 4. Acta Erud. pag. 422.

*Godfridum Arnoldum*, qvi pro ſubtili idololatria reprehendit *ſancti* ac *divini* elogium Luthero tributum, oppugnat B. D. *Jo. Fechtius* critica in Arnoldi criticam §. 3. & in diſſ. de ſanctitate Miniſterii Eccleſiaſtici, nec non in teſſara de vindiciarum pro veritate adverſus Arnoldum, ſpecimine 3. p. 24. Roſtoch. 1705. 1720. 4.

*D. Matthiæ Hoë*, ſanctus, thavmaſiander & triumphator Lutherus, Lipſ. 1610. 4. decem Concionibus.

*Jo. Schreiterus*, in Concionibus Jubilæis, Anno 1617.

*Jo. Conradi Dannhaueri*, memoria Thavmaſiandri Lutheri renovata, reſp. Jo. Friderico von der Straß, Paſtore in Ober-und Mittel Hauß Bergen. Argentorat 1661. 4. & inter B. Doctoris diſſertationes junctim editas Lipſiæ à Scipione Bibliopola, & curante B. Chriſtiano Mislero 1707. 4. Capita ſunt hæc XV. 1. Lutherus natus. 2. renatus, 3. puer εὐφυής, 4. ſtudioſus adoleſcens, 5. Monachus ſuperſtitioſus, 6. converſus, 7. Profeſſor Academicus, 8. miniſter Eccleſiæ. 9. Doctor Theologus, 10. Heros, pag. 74. ſqq. ubi decem in Reformatione, miranda notantur, 11. maritus, 12. Civis bonus, 13. vir bonus, 14. martyr, 15. homo mortalis. Idem Dannhauerus adeundus in ſcriptis contra Melchiorem Corneum, miracula Eccleſiæ Romanæ jactitantem. Tubing. 1627. 8.

*D. Theodori Thummii*, Lutherus Thavmaturgus, ex quo reſponderi poteſt criminationibus cavillationibusque *Laurentii Foreri*, in Luthero Thavmaturgo, Dilling. 1624. 8 *Conradi Vetters*, in wunderthätigen Luther, Ingolſtad. 4. & *Jo. Krauſens*, in wunderbahren,

ren, wunderthätigen und wundersamen Luther. Prag 1716. 8. Unschuldige Nachrichten. 1716 pag. 451.

*Jo. Henricus Heideggerus*, Tom. 4. diss. select. 8. & 9. de miraculis Ecclesiæ Evangelicæ.

*D. Christophori Langhansen*, sub D. Henrico Lysio defensitata diss. inauguralis, de miraculorum defectu B. Luthero male exprobrato. Regiomonte 1717.

*D. Jo. Müllerus*, Luthero defenso & defensi defensione cap. 16.

Lutherum mirandum, tribus orationibus Baruthi A. 1717. celebravit *Jo. G. Arnoldi*. Vide Hilaria Evangelica p. 1065.

*Jo. Fincelium*, de miraculis Lutheri, laudat Georgius Lanf in Hermathena p. 113. seq.

*Jo. Sauberti*, & Jo. Georg. Dorschei miracula Augustanæ Confessionis. Supra cap. 55. Georg. Henrici Gœtzii miracula Catehismi Lutheri Supra cap. 82.

*Jo. Mich. Weinrichii*, Inspectoris Lycei Meinungensis Programma de XX. miraculis Religionis Evangelicæ. Meinungæ 1717. Germanice.

Lutheri domus & effigies in mediis incendiis conservata. Vide M. Justi Schœpferi unverbrandten Luther, Witenberg. 1718. 8. capite 10. p. 79. seqq.

# CXXXI. Heros, Victor, Triumphans, Magnus Christophorus.

D. David Rungius in Exodum pag. 1066. *Zelus heroicus est in excellentibus viris, qui excitati à Spiritu sancto tentant aliquid extra ordinem, quos DEUS ornat successibus, ut significet eos à se regi & adjuvari - - - Talis fuit Lutheri, quem Dominus mirabili spiritu & successu, adversus omnes Satanæ & Romani Antichristi machinationes armavit.* Hoc pluribus exposuerunt, demonstrarunque:

*Matthias Hoë* in homiliis superiore capite memoratis.

*D. Dannhaueri* memoria Thaumasiandri Lutheri, cap. 10. de Luthero Heroe.

*Andreæ Resenii* Lutherus triumphans. Hafniæ 1617. 4.

*D. Valentini Alberti* dissertatio de virtute heroica Lutheri, Flacii & Jacobi Andreæ. Lipsiæ 1683. 4. Respondente Christiano Amos Burgero.

*Joannis Wolfii*, Pastoris postea ad S. Nicolai Hamburg. (τῦ μακαρίτῦ) de Luthero heroë. Witeb. 1680. & recusa 1699.

*Joannis Joachimi Zentgravii* dissert. Argentor. 1683.

*M. Mat-*

*M. Matthiæ Elg*, œconomi templi cathedralis Aboënsis. Aboæ 1703. 8.

*Joannis Ludovici Weberi* Oratio de Luthero heroë invicto, Halæ Svevorum Anno 1717. habita memoratur in D. Cypriani hilariis Evangelicis pag. 744.

*Georgii Bachii* de heroicis factis Lutheri. id. pag. 1851.

*Magni Joannis Sonnenbachii*, Esthonis, dicta Revaliæ Oratio de heroico Lutheri animo, cujus argumentum in iisdem hilariis p. 875. seqq.

*Hartmanni Wilhelmi Husleri* drama, Lutherus victor. Weissenfels. 1682. 4.

*Joannis Majoris*, ex valle Joachimi, Lutherus triumphaus, Carmen heroicum, oppositum Foreri Anatomiæ Lutheri. Witeb. 1576. 8. una cum ejus parentalibus factis Luthero & Melanchthoni.

*Joannis Simonii* Lutherus θεόσδοτος triumphaus Rostoch. 1610. 8.

*Joannis Michaëlis Gutbierii* Carmen Jubilæum, quo sistitur Lutherus ficti CHRISTOPHORI MAGNI verum exemplar. Leucopetræ. 1717.

*G. Conradi Pregizeri* Lutherus de universa Ecclesia Christiana, Wirtenbergica imprimis & Reutlingensi optime meritus, & Heroicis virtutibus conspicuus. Tubing. 1720. 4to.

## CXXXII. Immortalis.

Vox Lutheri ex Davidis ore:
Ich werde nicht sterben, sondern leben, und des HErrn Werck verkündigen. Psalm CXVIII. 17. Vide Joannis Meelführeri Historisches Spruch-Buch cum notis B. Jacobi Thomasii pag. 451. 452. seq.

*Non moriar, sed vivus ero, vivusque manebo,*
*Et narrabo mei facta stupenda DEI.*
*Seu vivam, seu non vivam, tamen undique vivam,*
*Vita mea est CHRISTUS, quid mihi mors noceat?*

*D. Joannis Friderici Mayeri* unsterblicher Lutherus, an seinem Sterbe-Tage 18. Febr. fürgestellet, Hamburg 1698. 4. inter alia in hoc scripto varii conatus Pontificiorum de occidendo Luthero cassi & irriti referuntur.

**Johann Behmens** vertheydigter unsterblicher Lutherus D. Mayeri. Hamburg 1699. 4.

Postremum ejus chirographum, quod manu sua amici libro inscripsit Anno 1546. 17. Febr. dictum CHRISTI Joh. VIII. 51. Wer mein Wort hält, der wird den Todt nicht sehen ewiglich. Opp. Lutheri T. 12. Witeb. pag. 493.

*Daniel. Schœnemanni* unsterblich-gepriesener Nachruhm D. Luthers.

D. Geor-

*D. Georgii Henrici Gœtzii* Theologica Exercitio in dictum Lutheri: *Pestis eram vivus, moriens ero mors tua, Papa.* Lubec. 1712, 4to.

## CXXXIII. Sol.

*D. Joannis Wenceslai Dens* ex Guardiano Patrum Ord. Minor. S. Francisci ad D. Virginem Suidnicensium, ad Relig. Lutheranam Conversi, Lutherus cum Sole comparatus, Oratio Jenæ 1673. 4.

## CXXXIV. Stella, Phosphorus.

*Eo anno quo Lucifer, quem φωςφόρον nominant, multo augustior & lucidior apparuit quam ullo unquam tempore, ut scribunt Astronomi teste Joanne Wolfio Centur. XV. memorabil. Tom. 1. pag. 902. egregius ille phosphorus Lutherus Ecclesiæ pressæ datus est.* Hæc Jo. Micrælius syntagmatis Hist. Eccles. p. 651.

*Bernhardi Werenbergii* de Luthero stella, Ecclesiæ boreali proximum ante sæculum emicante.

Omitto alia elogia, quibus *Urim & Thummim* præferre, vel *murus aheneus* esse ex Jeremia I. 18. visus est Lutherus, vel ut à Melanchthone *auriga & currus Israëlis*, & *omnia in omnibus* celebratur. Tantum subjun-

ſubjungo verba præclari viri *Joachimi. Camerarii* in vita Melanchthonis, pag. 241. *Qui quidem Martini Lutheri auctoritatem & nomen ita celebrant, ut ſupra conditionem & modum generis humani non dubitent extollere, iis videndum, ne præſtantiſſimi atque ſummi Viri bonam exiſtimationem, tribuendo nimium, diminuere, & ſuæ audaciæ ab illa excellentia præſidium quærere* (hoſtibus vero & adverſariis materiam nos ridendi vel inſultandi nobis præbere) *videantur.* Quibus verbis exiſtimationi laudatiſſimi Doctoris à Camerario, Lutheri amico & cultore candido, hilum non detrahi, recte in ſingulari ſcripto ad Rever. Doctor. Joannem Chriſtianum Buckium Witeberg. 1723. 4to. edito docuit V. C. M. *Joannes Abraam Wimmerus.*

## CXXXV. D. LUTHERUS & D. JO. BRENTIUS inter ſe comparati.

Vide ſis præfationem ad Tomum primum B. Brentii junctim editorum octo Voluminibus, Tubingæ 1582. ſeq. fol. Lutherus ipſe in præfatione ad Commentarium Brentii in Amoſum Anno 1530. Tom. V. Jen. pag. 146. Tom. 2. Isleb. pag. 18. Tom. V. Altenburg. pag. 275. ſua

ſua ſibi ſcripta præ Brentianis ſordere ait, ita enim Brentium alloquitur: Uber das herrliche Zeugniß des Geiſtes halte ich von deinen Schriften ſonſt auch ſo viel, daß dafür meine Bücher gantz und gar ſtincken, wenn ich ſie gegen deinen und deines gleichen Bücher halte: und heuchele dir hierinnen nicht, ich erdichte auch nichts, noch rede etwas ſchimpfliches, *) ſo werde ich mit meinem Urtheile auch nicht betrogen. De præclaro Doctore hoc, Joanne Brentio patre, præter Jacobum Heerbrandum in Oratione funebri dicta Stutgardiæ **) Anno 1570. conferendi Nicolaus Reuſnerus pag. 329. & Joannes Jacobus Boisſardus in iconibus parte 4. Melchior Adami in vitis Theolog. Chriſtianus Junckerus in Ehren-Gedächtniß Lutheri pag. 164. ſeq. Seckendorfius in Hiſtoria Lutheraniſmi, Chriſtophorus Hendreich in pandectis Brandenburgicis, Antonius Teiſſierius in elogiis Thuaneis, præcipue vero Lud. Melchior Fiſchlinus in memoria Theologorum Wirtenbergenſium pag. 23. ſeqq. Andreas David Caroli in der Wirtenbergiſchen Unſchuld, contra Godfridum Arnoldum pag. 111. ſeqq. Georgii Serpilii Epitaphia Schwäbiſcher Theologorum pag. 123. ſeq. & Lebens-Beſchreibungen Bibliſcher Scribenten VI. pag. 342. VII. 2. pag. 79. D. Caſparis Lœſcheri Brentius ***) Orthodoxus, Joannis Balthaſaris Beyſchlagii

*) Schimpfliches/ hoc eſt per jocum.

**) Struv. Tom. 2. act. literar. pag. 167.

***) alienus ab Oſiandriſmo. Unſchuldige Nachrichten 1701. pag. 87.

ſchlagii memoria Brentii renovata, Witeberg. 1694. 4. Bibliotheca Fabriciana D. Joannis Fabricii Helmſtad. Tom. 2. pag. 19. ſeq. & 238. D. Erneſti Salomonis Cypriani Hilaria Evangelica pag. 745. ſeq. &c. Commentarios laudatiſſimos Brentii, quibus ſacros libros inſigniter illuſtravit, in Compendium mittere inſtituit Rev. J. A. Strubbergius, ut ex novantiquis relationibus A. 1712. pag. 424. & A. 1723. p. 543. didici.

## CXXXVI. LUTHERI character animi, temperamentum, &c.

Two diſcourſes, the firſt concerning *the ſpirit of Martin Luther, and the original of the Reformation;* the ſecond concerning the celibacy of the Clergy. Printed ad Oxford 1687. 4. De hoc libro Pontificii hominis Luthero iniqui, ita ad me Venerandus noſter Joannes Chriſtophorus Wolfius:

"Commentatio Anglicana de genio Lutheri, auctorem habet *Abrahamum Woodhead*, Abalthamenſem, teſte Ant. Wood in Athenis Oxonienſibus Part. II. pag. 458. Illi ſe oppoſuit *Franciſcus Atterbury* ſub titulo: *An anſwer to ſome conſiderations on the ſpirit of Martin Luther, and the original of the Reformation, lately printed at Oxon*}, Oxon.

xon.inTheatroScheld. 1687.4. Hunc ego libellum legi, inter que cætera in calce ejus iſta: *He was a man certainly of high endowments, of mind and great virtues: he had a vaſt underſtanding, which raiſd him up to a pitch of learning, unknown to the age, he livd in. His knowledge in Scriptures was admirable, his elocution marly, and his way of reaſoning with all the ſubtilty, that thoſe honeſt plain truths he delivered, would bear: his thoughts were bent allways on great deſigns, and he had a reſolution fitted to go thro' with' em. The aſſurance of his mind was not to be ſhook or ſurprizd, and that* παῤῥησία *of his (for i know not what elſe to call it) before te dyet at Worms, was ſuch, as might have become the days of the Apoſtles. His life was holy, and when he had leiſure for retirements, ſo were his virtues active chiefly and homileticall, not thoſe lazy ſullen ones of the Cloyſter. He had no ambition, but in the ſervice of God: for other things neither his enjoyment, nor wiſhes ever went higher, than the beare conveniencies of living. He was of a temper particularly averſe to covetouſneſs or any baſe ſin: and charitable even to a fault, without reſpect to his own occaſions. If among this crowd of virtutes a failing crept in, we wuſt remember, that an Apoſtle him ſelf has not been irreprovable: if in the body of his doctrine one flaw is to be ſeen, yet the greateſt Lights of the Church, and in the pureſt time of it, were, we know, not exact in all their opinions.* Huc

usque

„usque ille, qui & in ceteris B. Lutheri caufam „contra Woodheadum ftrenue agit.

*Gottlieb Samuelis Treueri*, Politices & Moralis difciplinæ Profefforis difputatio de Charactere animi Lutheri, Helmftad. 1717. 4. ubi de ingenii ignei promtitudine, imaginandi facilitate & impetu, memoria, judicio excellenti ac penetrante, nec non affectibus & virtutibus ac vitiis, in quibus poft refutatas impietatis, ebriofitatis, lafciviæ, adfentationis, inconftantiæ & ambitionis criminationes, excandefcentia & nimia jocandi libertas in nævis Lutheri admittitur. Quod vero dominantem in eo paflionem cum Maimburgio & Chriftiano Thomafio ftatuit ambitionem, & bilis five choleræ vehementiam, non eft tam obefæ naris, ut illum fpiritum Eliæ, qui fuit in Luthero, illamque conftantiam inexpugnabilem, & illam invictam fidei vim, fplendidæ bilis effervefcentiæ tribuere aufit.

*Henricus Martinus Thummigius*, Monachofteinacenfis, Anno 1717. Curiæ edidit commentationem de temperamento Lutheri ex ipfius & Reformationis hiftoria illuftratam, teftimoniisque adornatam.

*Georg. Frid. Stiberi*, fcriptum promiffum, de quo Monathliche Unterredungen 1715. p. 741.

CXXXVII.

## CXXXVII. Lutheri septem dotes.

*B. D. Spenerus,* præfatione ad Lutherum redivivum, & ad Postilla Lutheri Ecclesiastica edit. Lipſ. 1700. & 1710. (& T. 2. der Geistlichen Schriften pag. 346. seq.) in magno illo Doctore celebrat hasce septem dotes, totidem detestabilibus Papismi malis corrigendis pares: 1) eruditionem Theologicam, 2) eloquentiam masculam dignamque Theologo, 3) indefessum studium, laborisque tolerantiam, 4) Zelum ex sincero DEI hominumque amore promanantem, 5) vitam integram puramque sceleris & comparatam ad exemplum, 6) heroicam fidem & invictam constantiam, 7) patientiam. Mala totidem Papismi in quibus corrigendis Lutherus tanto successu laboravit, sunt: 1) Pontificis & cleri effrænis potestas & auctoritas, 2) Laicorum ignorantia, 3) salutaria Relig. Christianæ dogmata mirum in modum obscurata, 4) cultus publicus, & 5) sacramentorum ritus variis contaminati modis, 6) veræ pietatis & 7) Laicorum oppressio.

Anonymi Beantwortung des Büchleins eines Papistischen Blumen-Lesers von Lutheri VII. Gaben, durch einen Evangelischen Lutherischen Gärtner A. 1672. 4.

## CXXVIII. 1. Num Doctor Impietatis & negligendorum bonorum Operum?

*Jo. Georgii Wagemanni*, Hanoverani, & *Gerhardi Titii*, Vindiciæ Lutheranæ, contra Melchioris Cornæi S. I. Diſputationem Pitzli Putzli cum anima Monopiſti. Helmſt. 1660. 1691. Vide B. D. Gœtzii Bibliothecam Lutheranam p. 12. ſq.

*M. Martini Statii*, Predigers zu Dantzig, Lutherus redivivus, oder Chriſtenthum Lutheri aus ſeinen Schrifften, Liber recuſus, Francof. 1721. 8.

*M. Romani Tellers*, heiliges Lutherthum, wie viele unheilige Lutheraner davon abgewichen, dazu aber durch wahre Buſſe ſich begeben, und durch ein ſolches Leben wie Lutherus von ihnen fodert, es beſtätigen ſollen. Leipz. 1712. 12.

*D. Joachimi Langii*, Ehren-Gedächtniß Lutheri, aus ſeiner Apoſtoliſchen Lehre vom Glauben und guten Wercken, Halle 1717. 4.

## 2. Num Separatiſtarum anteambulo atque Pietiſtarum?

*Theologorum Witebergenſium*, Chriſt-Lutheriſche Vorſtellung in aufrichtigen Lehr-Sätzen. Witeberg. 1696. 4.

*Anony-*

*Anonymi*, Lutherus redivivus oder Lutheri hinterlassene Schrifftliche Erklärungen, aus welchen zuvernehmen, was der Augspurgischen Confession eigentliche Meinung in allen Articeln sey. Mit einer Vorrede D. Philipp Jacob Speners, Halle 1697. 4.

*M. Samuel Schrœers*, Probsts und Superintendenten in Clöden, in der Ehren-Rettung der Symbolischen Glaubens-Bücher Christlicher Lutherischen Kirche. Witeb. 1699. 4.

*M. Frid. Christiani Bucheri*, Lutherus anti-Pietista, Witeb. 1701. 4. Germanice.

SubPræsidio *D.Casp.Lœscheri*, Lutherus antipietista, ex Commentario ejus uberiore in Epist. ad Galatas: Witeb. 1716. 4. diss. pro Licentia *M. Mauritii Guil. Wagneri*, Superint. Baruthini.

*Jo. Ulrici* **Schwentzels**, Lutherus D.Speneri Vorgänger. Berlin 1719. 4. Unschuldige Nachrichten 1719. pag. 664. sq.

*D. Jo. Henrici Feustkingii*, hyperaspistes Lutheri, oder Rettung einiger Stellen wider den Autorem des ewigen Evangelii von der Wiederbringung aller Creaturen. Leipz. 1699. 8.

*Christiani Philothei*, Brief an M. Samuel Liebharden de Luthero redivivo.

*Erasmi Verini*, Send-Schreiben an Casp. Henr. Saliatum de fatis Lutheri redivivi, wider Philotheum. 1719. 4.

# CXXXIX. Nimiumne vehemens & acer?

*D. Philipp Jacob Speneri*, Confil. Theolog. III. p. 712. feq.

*Cœlii Am. Printzii*, diff. hiftoricio apologetica pro Luthero ex acrimonia ftyli reprehenfo, Præfide *D. Jo. Adamo Dantzio*, τῷ μακαρίτῃ, Jenæ 1704. 4.

Loca Lutheri ipfius, quibus illam acerbitatem five excufat, five defendit, vide apud *B. D. Jo. Henricum Majum* in Theologia Lutheri p. 12. & in ejus fupplemento p. 7.

Antwort und Erbieten an Churfürftl. Durchl. wegen feines harten Schreibens T. 9. Witeb. p. 175 T. 2. Jen. p. 269. T. 2. Altenb. p. 349. An Claus Stormern, warum er die groffen Prælaten fo hart antafte, Tom. 9. Witeb. p. 153. T. 2. Jen. p. 141. T. 2. Altenburg. pag. 158. Warum er König Heinrichen fo hart geantwortet. T. 9. Witeb. p. 156. T. 2. Jen. p. 161. T. 2. Alt. p. 207.

Matthæus Drefferus libro de feftis p. 180. *Adverfus fanaticos, pertinaces & Sophiftas, durus & acer fuit. Quanquam autem moderationem in eo multi fapientes & eruditi defiderarunt, tamen res, caufaque quam egit, vehementiam aliquam poftulavit. Nam ut in medicatione morbis gravioribus remedia valentiora adhibere neceffe eft, ita in hac Ecclefiæ reforma-*

*matione non absque acriore ſtylo refutari & proſterni tam dira Eccleſiæ Romanæ fulmina, totque virulenta adverſariorum ſcripta potuerunt. Exſtat Epiſtola amici cujusdam ad Melanchthonem ſcripta, qua petitum eſt, ut is ab acerbitate ſtyli dehortaretur Lutherum. Sed reſpondit Philippus:* Abſit a me ut talem hujus viri ſpiritum mea voce vel infringam, vel imminuam, *quo divinitus regi atque impelli Lutherum ad tanti negotii geſtionem heroico quodam animo ſive ſpiritu, ſatis indicavit.*

## CXL. Corporis habitus & morbi.

Petrus Moſellanus Epiſtola ad Julium Pflug, data A. 1519. 8. Id. Dec. *Martinus ſtatura eſt mediocri, corpore gracilento, curis pariter ac ſtudiis exhauſto, ſic ut propius intuenti omnia pæne oſſa liceat dinumerare. Ætate adhuc viridi & integra, voce acuta & clara.*

An. 1527. cum gravi morbo luctatus (de quo ſupra cap. 50.) velut moriturus hæc verba pronunciavit, quæ apud Junckerum pag. 531. numo expreſſa leguntur. *Cœleſtis Pater, æterne ac miſericors DEUS, Tu mihi Filium dilectum Tuum, Dominum noſtrum JEſum CHriſtum patefeciſti: hunc docui, hunc ſum confeſſus, hunc diligo,*

*hunc colo pro Salvatore & Redemtore meo, quem impii persequuntur & blasphemant: animam meam recipe ad Te.*

A. 1537. Smalcaldiæ graviter calculo laboravit. (Supra cap. 73.) De aliis morbis ejus & universa corporis constitutione plura D. Val. Ernestus Læscherus in Evangelischen Zehenden XIX. 3. Tom. 4. p. 76. sqq. Lutherus ipse Epistola ad Spalatinum T. 1. p. 349. A. 1521. *Duricies digestionis meæ (ut video) perpetua erit, semper lenienda remediis: quarto imo quinto fere die semel secessum habeo. Mirabilis stomachus. Vale & ora pro me.* & p. 356. *Ego hic bene habeo, sed segnesco & languesco, atque adeo frigesco spiritu miser. Hodie sexto die excrevi tanta duritia, ut pæne animam efflaverim. Nunc sedeo dolens sicut puerpera, lacer & saucius & cruentus, hac nocte non habiturus aut modicam quietem.* Et p. 334. *Nondum me deseruit malum, quin auctum est, quo Wormaciæ laborabam: durissima patior excrementa ut nunquam in vita, ut remedium desperarim. Dominus ita me visitat, ne sim sine crucis reliquiis, Benedictus, Amen.* Qui inde occasionem captant Luthero insultandi, ut Jac. Gretserus contra hæreticos pag. 47. debebant cogitare quam nemo possit sibi facultatem alvi vel levandæ vel continendæ ipse tribuere: deinde adstrictam alvum temperantiæ potius indicium esse: unde Dicæarchus apud Porphyrium, ait in aureo Saturni seculo nullam fuisse excernendi necessitatem lib.

lib. 4. de abſtinentia ab animantibus p. 345. & Eſſæos tanta fuiſſe in victu parſimonia, ut per hebdomadam ſemel tantum eſſent δεόμενοι κενώσεως pag. 391. Omitto quod Iſraëlitis in deſerto olim χρείαν alvi levandæ, nullam fuiſſe notant Epiphanius hæreſi LXXVII. & Aben Eſra ad Deuteron. XXIII. Et CHriſtum ἀποδεδωκέναι τὰ βρώματα *) negavit Valentinus hæreticus Epiſt. ad Agathopodem, apud Clementem Alex. 3. Strom. pag. 451. Liceat etiam in tranſcurſu notare, quod ante paucos annos **) Amſtelodami vixit ſenex octogenario major, qui per triginta fere annos bene ſemper eſuriens, & paſtus bene cibis ſolidis, proſpera uſus eſt valetudine in corpore macilento ſed admodum agili, nunquam ſolitus niſi vigeſima quâque, interdum etiam trigeſima die aliquid fæcum alvinarum deponere.

*) Acriter diſceptatum hac de re ſub Joanne Camatero Patriarcha CPol. circa A. C. 1200. Vide Henricum Hilarium ad Chronicon Eccleſiæ Græcæ Philippi Cyprii pag. 207. 208. & Andream Carolum memorabilibus Sæculi XVII. pag. 917.

**) Acta Erud. Tom. V. ſupplem. p. 333.

# CXLII. Insignia & aposphragisma sive sigillum quo usus fuit. D. LUTHERUS

## I. Cygnus.

CYGNUS in Lutheri numis apud B. Christianum Junckerum in Güldenem und Silbernem Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 221. 402. 384. 385. 388. 390. 391. 362. 364.

LAURENTII DEDEKENNI de B. Lutheri augusta virtute & indole in Cygno expressa, Gluckstadii 1640. 4.

CHRISTOPHORI CALDENBACH Oratio de Cygno imagine Divi Lutheri. Tom. 2. Act. Orator. Tubing. 1672. 12. Tom. 2. pag. 119.

M. JOANNIS GOTFRIDI HOLTZBEY, Pastoris Ecclesiæ Mellenbacensis in Comitatu Schwartzburgensi, Tractätlein von Wapen Lutheri. Saalfeld 1700. 4.

D. JOANNIS FRIDERICI MAYERI dissertatio de Luthero olore, contra Bartholdi Grammondi scomma lib. 2. Histor. Gallicæ pag. 178. Gryphiswald. 1701. 4.

NICOLAI SCHICKLINGII, Coloniensis, Oratio de Luthero cum olore comparato ex Oraculo Joannis Hussi. Altdorf. 1701. 4to sub præsidio *Magni Danielis Omeisii.*

*Joannes*

*Joannes Michael Heineccius* ſyntagmate de ſigillis. pag. 222.

*Georgius Weiſſius* manipulo ſymbolorum pag. 1. ſeq.

*Jo. Joachimi Molleri*, diſſertatt. p. 704. ſeq.

## 2. Inſigne, ROSA CRUCE SIGNATA.

ANDREÆ KREUCH *) Concio Anno 1579. edita, qua Lutheri inſigne illuſtratur, *Roſa cruce ſignata:* adſcriptis verbis: *In patientia ſvavitas;* vel etiam his: *In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.* apud Junckerum pag. 533. 540.

Der Chriſten Hertz auf Roſen geht,
Wenns mitten unterm Creutze ſteht.

Kreuchii Concio recuſa Erfurti 1609. 8.

*Joannis Schoſſeri* Æmiliani Epigramma p. 143. poëmatum Lipſiæ impreſſorum apud Vœgelinum, & in Bibliotheca Hiſtorico Theologica Bremenſi Claſſe 1. faſciculo 2. pag. 150.

*Georgii Albrechti* Conciones Miſcellaneæ T. 2. pag. 30. ſeq.

*Chriſtianus Junckerus* libro laudato pag. 223. 230. 212. 195. 132. 118. 117. 533. 552. 395.



*) Vitioſe excuſum *Kreuel*, Pfarrer zu Illeben, in Gelehrten Zeitungen A. 1723. p. 599.

Unschuldige Nachrichten Anno 1724. pag. 6. D. Valentini Ernesti Lœscheri Evangelische Zehenden. Tom. 3. in fronte & p. 275.276.
*Rudolphi Cappelli*, Insignia Lutheri, Hamburg. 1683. fol.

### 3. CRUX cum litteris C. C. N. S.

Crux CHRISTI Nostra Salus, apud laudatum Junckerum pag. 84. 81. Jacobum Gretserum præf. ad librum de Cruce pag. 6.

De anulo Lutheri D. Gœzius de reliquiis Lutheri pag. 20. seq.

## CXLII. Symbolum.

V. D. M. I. Æ. *Verbum DOMINI manet in æternum.* Psalm CXIX. 89.

Expressum in numis apud Clarissimum Junckerum pag. 77. seq. 462. Christianum Schlegelium Bibliis in numis pag. 140. seq. 242. & Supplem. 1. pag. 92. seq. 146.

Et in Hilariis Evangelicis Rev. D. Cypriani p. 1018. 1041. 1042.

In monumento Jubilæo Lipsiensi Anno 1717. ibid. pag. 108.

In satellitum suorum togis hasce litteras acu pingi fecit Elector gloriosæ memoriæ JOHANNES Constans. adde W. E. Tentzelii

Saxo-

Saxoniam numiſmaticam lin. Erneſtinæ parte 1. pag. 31. ſeq.

Scriptis ſuis, & Apologiis adverſus Henricum Ducem Brunswicenſem præmiſit Philippus Haſſiæ Marggravius apud Hortlederum Tom. 2. pag. 121. & 499. & 744. 1289.

*Joannis Behmii* diſſertatio inauguralis ſub præſidio D. BERNHARDI von SANDEN de Symbolo Lutheranorum ſæculari: *Verbum DOMINI manet in æternum.* Regiomonte 1717. 4.

*D. Georgii Henrici Gœzii*, VIII. Catechiſmus-Predigten über den Evangeliſchen Leib-Spruch, GOTTes Wort bleibet ewig. Lubec. 1717. 8vo.

Pontificiorum quorundam ludicram interpretationem earundem litterarum: *Ubi Doctor Martinus? in Ærumnis;* laudatus D. Mayerus (in unſterblichen Luther pag. 89.) permutavit veriore hacce: *Ubi Doctor Martinus? jubilat æternum.* Alia vide ſis in Hilariis Evangelicis laudati Cypriani p. 1001.

*Nicolai Jacobi Marckii* Oratio, Roſtoch. 1717. habita de perennitate Doctrinæ Lutheri ſecundum illud vulgatum: GOttes Wort und Luthers Lehr vergehet nie und nimmermehr.

*D. Georg. Henr. Gœzius*, diſſertatione de verſu Lutheri,

theri, *Vivus eram pestis, moriens ero mors tua Papa.*

Nova Lit. Westphaliæ T. 1. pag. 133.

## CXLIII. Picturæ & imagines.

Doctor Martinus Lutherus Theologus, ab ingeniosissimo Apelle, *Luca Cranachio* singulari artificio diversimode effigiatus: adjecta sunt etiam numismata in B. Herois memoriam nunquam intermorituram passim excusorum aliquot ectypa. Ex collectione *Martini Friderici Seidelii* Consiliarii Brandenburg. in antiquitatis studiosorum gratiam excudebat G. Bartsch. Berolini in fol. tabulæ XVII.

*Christianus Junckerus* in Ehren-Gedächtniß Lutheri pag. 261. seq. De sudante Lutheri imagine id. pag. 268.

*D. Georgii Henrici Gœzii* de pictura Electoris Saxoniæ & Martini Lutheri, coram imagine Crucifixi procumbentium. Lub. 1718. *D. Dannhaueri* Collegium Decalogicum. pag. 143.

Lutheri imaginem in flammis conservatam memorat M. *Godfried Tentzelius* in scripto cui titulus, ἱερὰ γράμματα ἄκαυστα. Arnstad. 1722. 8. Unschuldige Nachrichten 1723. pag. 1051.

## CXLIV. Numi, D. LUTHERI dicati memoriæ.

B. CHRISTIANI JUNCKERI, Oratio de vita Lutheri, numorum memorialium monumentis consignata, quam habuit Lipsiæ Anno 1691.

Ex hac deinde pronatus liber eximius pulcherrimusque ibidem 1699. 8. editus, qui inscribitur Vita Lutheri, nummis atque iconibus 145. illustrata. Acta Erudit. 1699. pag. 300.

Idem longe auctior & Germanice prodiit Lipsiæ 1706. 8vo. Das güldene und silberne Ehren-Gedächtniß Lutheri, in mehr als 200. Medaillen oder Schau-Müntzen.

Numos in Jubilæo Reformationis Anno 1617. aureos VIII. argenteos XXXIX. refert D. Ernestus Salomo Cyprianus præfatione ad W. E. Tentzelii librum Gothæ editum 1717. 8vo. cui titulus: Historischer Bericht von der Reformation Lutheri. Vide & Dan. Guil. Mollerum, de Jubilæo Lutheranorum §. 3. p. 14. seqq. D. Joannem Schmidium de Protestantium Jubilæis cap. 4. §. 69--81.

Numos in Jubilæum Augustanæ Confessionis An. 1630. memoravi supra c. 55. 17. p. 142

Numi in Jubilem transactionis Passav. A. 1655. apud laudatum Schmidium l. c. §. 128. 129.

In

In Jubilæum An. 1717. B. Chriſtianus Schlegelius ad calcem Hilariorum Evangelicorum Venerandi D. Erneſti Sal. Cypriani.

Unſchuldige Nachrichten, An. 1718. pag. 865.-902.

Dreßdniſche Jubel-Medallien, Unſchuldige Nachrichten A. 1717. p 1074. ſeq.

*Godfrid Chriſtian. Gœzii,* Hiſtoriſches Müntz-Cabinet, von den Müntzen auf das Evangeliſche Jubel-Feſt 1717. Lübeck. 4.

## CXLV. Conſtans fiducia bonæ cauſæ.

Hæc ex omnibus ſcriptis, dictis, actionibus D. Lutheri cum eluceat, ſuffecerit adſcribere, quæ ex Epiſtola ejus ad Electorem glorioſæ memoriæ Jo. Fridericum referunt B. Cypriacus Spangenbergius in Chronico Mansfeldenſi & Jo. Wolfius T. 2. memorabilium pag. 776. *Certe exploratum habeo, quod verbum meum & conatus iſti non ex me ſed ex DEO ſint, ut hac ratione nulla mors aut perſecutio me unquam adigere valeant, ut aliud loquar aut agam. Hoc ſciat C.V. rem aliter in cœlo decretam eſſe quam Noribergæ* *) - - - *Ego hac ſpe alor, quod confidam eas adhuc eſſe vires Domini noſtri JEſu CHriſti, quibus intactum me ſervare contra*

*) Reſpicit Comitia A. 1523. celebrata.

*contra omnes hoſtium inſultus utique, ſi velit, poſſit: ſin vero nolit, fiat voluntas Ejus.*

Invictum eousque Papatum convelli poſſe, vix ac ne vix quidem auſus erat ſperare Lutherus ante An. 1520. Sed ab illo tempore magis ſemper ac magis in hac cogitatione confirmatus id egit conſtantiſſime, nec ſuam hanc amplius, ſed DEI eſſe cauſam ratus eſt, ut omni vi convelleretur. In Epiſtola ad Joannem Langum data An. 1520. die Agapiti, T. 1. pag. 278. b. *Nos hic perſuaſi ſumus Papatum eſſe veri & germani illius Antichriſti ſedem: in cujus deceptionem & nequitiam, ob ſalutem animarum nobis omnia licere arbitramur. Ego pro me confiteor, Papæ à me nullam deberi obedientiam niſi eam quam τῷ γνησίῳ Ἀντιχρίστῳ debeo.* Et ad Georgium Spalatinum p. 290. *prodenda tandem ſunt Antichriſti myſteria. Ita enim ſe ipſa urgent, & latere amplius nolunt.* Et pag. 293. *Papatum hactenus invictum, incipio talem habere qui convelli etiam poſſit ultra omnium ſpem, aut ultima dies inſtat.* Et ad D. Staupitium T. 2. p. 75. b. *Deſtruendum eſt mihi, mi Pater, regnum illud abominationis & perditionis Papæ, cum toto corpore ſuo. Atque id agit jam* (CHriſtus) *ſine vobis, ſine manu, ſolo verbo: finis ejus venit coram Domino. Res eſt ſupra captum & ſenſum noſtrum, ideo non eſt quod morer cum quis poſſit: itaque digniſſimum eſt pro magnitudine rei* †) *magnos motus, magna ſcandala*

†) Ita leg. pro Dei.

*dala, magna portenta oriri. Non turbent te, mi pater, hæc omnia. Ego bene ſpero.* Conſtantiam ejus, fiduciamque nihil magis demonſtrat, quam quod ubi de Verbo Dei ac doctrina agebatur, nec promiſſis nec minis paſſus eſt ſe usquam moveri ut perſonam *) acciperet, vel Imperatorum, ut Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. vel Regum ut Henrici VIII. Angliæ vel Paparum, Leonis X. Hadriani VI. Clementis VII. Pauli III. vel Cardinalium ut Cajetani, Campegii, vel Ducum Georgii Sax. Henr. Brunſvic. vel Comitiorum, ut Wormatienſium, Norimbergenſium, Spirenſium, Auguſtanorum: vel Univerſitatum, ut Pariſienſis, Lovanienſis, Colonienſis: vel Doctorum denique, ut Eraſmi, Eccii, Carolſtadii, Zwinglii &c.

## CXLVI. Fervor & aſſiduitas in precibus, & precationum formulæ.

Vitus Theodoricus in Epiſtola ad Melanchthonem data, vulgataque à V. C. Wilh. Erneſto Tentzelio in Bibl. curioſa Anni 1704. pag. 198. *Non poſſum non ſatis mirari ſingularem hominis* (Lutheri) *in his acerbiſſimis temporibus conſtantiam, hilaritatem, fidem, ſpem, quam aſſidue illa*

*) Confer Rev. Georgium Henricum von Lettow, Præpoſitum Treptovienſis Eccleſiæ, in celeberrimi D. Cypriani Hilariis Evangelicis p. 316.

*la diligentiore Verbi tractatione alit. Nullus abit dies, quin ad minimum tres horas, easque studiis optimas in orationem ponat. Semel mihi contigit, ut orantem eum audirem. Bone DEUS, quanta fiaes in ipsis verbis inest! Tanta reverentia aliquid petit, ut cum DEO: tanta spe & fide, ut cum patre & amico se loqui sentiat.*

De puero etiam Jo. Mathesius in Lutheri vita p. 3. Ob er wohl von Natur ein hurtiger und frölicher Junggeselle war, fing er doch alle morgen sein Lernen mit herßlichem Gebet und Kirchen gehen an, wie denn diß sein Sprichwort gewesen, **fleißig gebetet, ist über die helffte studiret.** Dimidium studii rite precatus habet.

De hoc dicto Oratio singularis B. D. *GEORGII HENRICI GOEZII* prodiit Lubecæ 1718. 4. in qua serium & assiduum Lutheri in precibus studium pluribus luculentis confirmat testimoniis. Idem in Miscellaneis Theologicis de vita Lutheri §. 3. pag. 11. seq. docet quantopere Lutherus in Papatu doluerit de opere operato Horarum Canonicarum, quod solum videbat in Papatu urgeri, & quanta contentione tamen semper studerit etiam preces ab Ecclesia commendatas, quantacunque temporis & virium impensa absolvere. Confer Colloquia mensalia cap. 18. Præcipue vero Lutheri Commentar. in Orationem Dominicam, ubi de natura & requisitis veræ & DEO probatæ precationis.

Lutheri Vorrede zum Bet-Büchlein, Ann. 1520. T. 9. Witeberg. p. 103. Tom. 8. Altenburg. pag. 891.

*M. Petri Treueri*, Coburgensis Bet-Glöcklein Lutheri, von allen wohlklingenden, geistlichen, herzlichen starcken und feurigen Gebeten, aus allen des Mannes GOttes gedruckten Büchern zusammen gestimmet. Argentorat. 1591. & curante M. Jo. ChristophoroSchwedlero recusum 1704.

*ErasmusGruberus*, in tomis decem Lutheri redivivi, classe octava, precum formulas ex operibus Lutheri Germanicis Jenensibus & Witebergensibus colligit. Similiter Gruberi continuatores, ex aliis Lutheri scriptis. Supra pag. 309. seq.

*Jo. Christiani Reichelii*, andächtig betende Luther.

*L. H. Theringii.*

Lutheri Stoß-Gebetlein, in des seel. *D. Eliæ Veielii*, güldenem Kleinod der schönsten und geistreichesten Andachten und Betrachtungen aus den Schrifften Lutheri, Ulm 1669. 4. Confer *D. Godfredi Wegneri*, diss. de Orationibus jaculatoriis, Regimonte 1718.

Similiter ex *Philippi Melanchthonis* scriptis formas precationum piarum collectas edidit *Lucas Backmeisterus*, Lunebugensis. Witebergæ 1563. 8.

**CXLVII.**

## CXLVII. Similitudines ex Lutheri scriptis, digestæ per Locos Theologicos.

*M. Michaëlis Bergmann*, Evangelischen Predigers in Woltin, Lutherus iconologus, oder Gleichniß Reden D. Martin Luthers aus allen seinen Schrifften. Lipſ. 1663. 4.

## CXLVIII. Quæſtiones, Allegoriæ, Conciliationes locorum Biblicorum.

*Jacobus Hertelius*, Curienſis in IV. Centuriis quæſtionum ſacrarum ex Lutheri ſcriptis Baſil. 1561. 8. & in allegoriis Vet. Teſtamenti. ibid. 1562. Centuriæ illæ in tres libros digeſtæ ſunt, quorum primus quæſtiones in loca difficilia Veteris, ſecundus Novi loca, Lutheri verbis diſſolvit, tertius loca quæ videntur inter ſe pugnare, conciliat. Unſchuldige Nachrichten 1721. p. 372.

## CXLIX. Num in Concionibus ſacris fuerit ἀμέθοδος.

Adi ſi placet B. *D. Jo. Benedicti Carpzovii*, filii hodegeticum Homilet. p. 16.

# CL. In ſcriptis vehemens, privata in conſvetudine humaniſſimus & modeſtiſſimus.

Auctor hiſtoricæ relationis de Joanne Friderico Electore, Mauritio & Auguſto Ducibus Saxoniæ, Luthero & Philippo, edita in Hallenſibus Obſervationibus Germanicis parte 2. Obſ. 12. & in Godfridi Arnoldi hiſtoria Hæreſium T. 4. pag. 85. *Lutherus* hatte allezeit dieſen Brauch und Weiſe, ſo hefftig er ſonſt war in öffentlichen ſeinen Schrifften, ſo *placide* und ſanfftmüthig war er gegen jedermann *vel in privatis colloquiis*, vel in publicis diſputationibus im Collegio, alſo daß er offtmahls, wo ſchon ein Opponent im Collegio ein ſchwaches Argument fürbracht, ſo aſſumirte Lutherus ſolch liederlich Argument allezeit ſelbſt, gab ihm gar eine ziemliche formam und Art, beſſer denn wie es war fürgebracht worden, und confirmiret daſſelbe allezeit mit ſolchen wichtigen Umſtänden, weit herrlicher denn es dem Opponenten hätte können einfallen. Hernach ſo ſolvirte er daſſelbe Argument wieder mit treflichen Gründen, alſo daß männiglich nicht allein wohl damit zufrieden war, ſondern gar vielmehr daraus lernen konte, denn er ſelbſt gemeinet hatte. Wiederum ſo modeſt Philippus in ſeinen publicis ſcriptis war, ſo liederlich ließ er ſich erzürnen, *vel in privatis vel in publicis diſputationibus* &c. Philippus Melanchthon de Luthero lib. 3. Epiſt. 66. ad Eraſmum: *Vir melior, quàm qualis videtur facienti*

*ti de eo judicium ex violentis ſcriptionibus illius.*

## CLI. Secumne ipſe pugnans & ἀλλοπρόσαλλος.

Initio Papæ plus ſatis tribuit, ut ſupra cap. XXVI. pag. 54. demonſtravi. Lutherus ipſe Tom. 1. Altenburg. pag. 8. Jch war ſo voll und truncken, ja ſo gar erſoffen in des Pabſts Lehre, daß ich für groſſem Eyfer bereit wäre geweſen, wenns in meiner Macht geſtanden, zu ermorden, oder hätte ja zum wenigſten Gefallen daran gehabt, und darzu geholffen, daß ermordet wären worden alle die, ſo dem Pabſt in der geringſten Syllaben nicht hätten wollen unterworffen und gehorſam ſeyn. Felix autem diſſenſus, felix diſceſſio, felix pugna, ubi valet illud Apoſtoli Epheſ. V. 8. *Eratis quondam tenebræ, nunc autem Lux eſtis in Domino.*

Ein Wiederruf Lutheri vom Feg-Feuer, an alle Nachkommen. Witeb. 1530. 4.

Ejusd. Pabſtthum vom Teufel geſtiftet.

Zachariæ Hogelii und Chriſtiani Kortholti Kohlſchwartzes Pabſtthum, contra Timotheum Laubenbergerum, cujus liber Kohl-ſchwartzes Lutherthum, & alter, Rettung des Catholiſchen Pabſtthums prodiit Aſchaffenburgi 1661. 4.

Præcipuum opus M. ERASMI WILLICHII, Ecclesiæ Zittaviensis Pastoris Primarii, quod inscribitur *Constantia Lutheri*, Lipſ. 1641. 4. cum præfatione *D. Matthiæ Hoë.* In præmissis observationibus ac monitis ostenditur quomodo sensim, non simul ac semel, errores quibus adhuc manus dederat, agnoverit: deinde ducentæ exponuntur Pontificiorum (semet ipsos non raro confutantium atque inter se pugnantium pag. 19. seq.) objectiones, quæ ex Lutheri scriptis confutantur, & Lutheri innocentia pluribus asseritur. Merito commendatur hic liber in relationibus Novantiquis A. 1704. p. 830. seq.

*D. Joannis Mülleri* Lutherus defensus & defensio Lutheri defensi cap. XXI.

*D. Dannhaueri* memoria Thaumasiandri pag. 41. seqq.

*Joannes Gerhardus* in confutatione libri, cui titulus: Morgen-Stern.

*Joannes Adolphus Frohnius* contra Edm. Baumannum &c.

*Georgius Zeæmannus* in Uncatholischen Pabstthum Tom. 1. pag. 431. seq. ubi respondet ad XX. antilogias in *Jacobi Kelleri* Catholischem Pabstthum Luthero objectas.

Hinc facile refelli possunt quæ de inconstantia Lutheri objiciuntur à *Joanne Fischero* pag. 113. seq. Opp. à *Jacobo Gretsero* in labyrintho

rintho Cretico Hunniano, Ingolſtad. 1602. & in ſummula caſuum conſcientiæ de ſacramentis 1611. & de variis cœlis Lutheranis, Zwinglianis, Ubiquetariis 1621. 4. *à Conrado Vettero* in Catholiſchen, Päbſtiſchen, Römiſchen, in unſchuldigen Luther, *Wilhelmo Lindano* in dubitantio, *Jo. Piſtorio* in anatomia Lutheri: à *Florimundo Raemundo* II. 9. 8. & II. 10. & II. 13. ſeq. *Alphonſo Virveſio*, *Gabr. Prateolo*, *Jo. Fabro*, *Joanne Hofmeiſtero*, *Varillaſio*, *Maimburgio*, *Boſſveto*, & in libello Anonymi Pontificii, Evangeliſcher Wetter-Hahn, das iſt: ungleiche Reden Martini Lutheri von den fürnehmſten Articuln Chriſtlicher Religion. 1587. Brunsberg. 1590. Ingolſtad. 1617. 8. & in alterius, neſcio cujus ſcriptoris libello cui titulus: Morgen-Stern. *Joanne Cochleo* in Luthero ſepticipite, & in Lutheriſchem Irr - Garten, oder Schrift-Stellen, da Doct. Luther vom heiligen Abendmahl ihm ſelber zuwider gelehret. *Jodoco Coccio* T. 1. Theſauri lib. 8. artic. 7. p. 1038. ſqq. ubi antilogias LXXX. objicit. *Joanne Apobolimæo*, alias *Findeling* Minorita Stauroneſio, in Dialogo qui inſcribitur: *Lutheri Anti-Lutherana opera, aſſertionis Lutheranæ confutatio centum locorum in quibus ipſe Lutherus ſibi contradicit.* 1527. 8.

*à Francisco Agricola* im Bericht von Lutheri in Glaubens- und Religions-Sachen Unbeständigkeit. Colon. 1583. 8. & *à Moguntinis* in Catechismo ex primis composito scriptis Lutheri, editoque Anno 1589. & 1600. cujus jam supra cap. 27. mentionem feci.

## CLII. Lutherus paratus retractare, si quæ perperam scripsisse edoctus fuisset.

D. Georgius Henricus Gœtzius in Miscellaneis Theologicis de vita Lutheri pag. 15. *Lutherum nonnunquam sententias suas emendasse ac correxisse, Viri celeberrimi luculenter satis demonstrarunt. Conferantur* D. Joannes Georgius Neumannus *de retractionibus eruditorum*, §. 4. D. Joannes Schmidius *de palinodia eruditorum*, §. 23. D. Joannes Henricus Feustkingius *in palinodia sacra, sive de retractationibus Theologorum in rebus fidei, schediasmate* §. 20. D. Augustinus Lyserus *de variationibus & retractationibus JureConsultorum* §. 4. *Non solum autem sanctæ memoriæ Antistes in scriptis, quibus Ecclesiam CHristi ornavit, diserte est fassus, sibi ea haud placere, quæ, cum Romanensium imbutus esset opinionibus, asseruerat:*

*rat: ſed amicis etiam mentem ſuam aperuit, ea, ſe approbante, deleri poſſe, quæ minus recte eſſent tradita. Provocat ejus rei ergo* David Chytræus *in Epiſtolis pag.* 464. *ad* Georgii Richii *teſtimonium, ſequentibus verbis uſus:* Ante XL. Annos quidam bonus & pius vir Georgius Richius, jam non ſolum cruda utique ſenecta, verum etiam antiqua virtute & fide venerandus Paſtor in hac urbe (*Roſtochio,*) qvum Luthero expoſuiſſet, aliquot pios homines in Belgio, certis quibusdam ſcriptorum illius partibus offendi, hoc reſponſum accepit: **Taugts nicht, ſo kratze es aus, kratze es aus.**

## CLIII. Lutheri Eloquentia.

*Joannis Henrici Stuſſii* Oratio de eloquentia Lutheri, edita Helmſt. 1711. 4.

*Chriſtianus Wæhrlenius* Eloquentiæ Profeſſor in Gymnaſio Ulmenſi, Anno 1717. Oratione ſolenni propoſuit Lutherum Oratorem, deinde ex diſciplinæ ſuæ alumnis quatuor ſtitit Oratores, quorum unus commendavit Lutherum bonarum litterarum ſtudioſum, alter Lutherum Catechetam, Poëtam tertius, quartus Lutherum Muſicum. Vide Rev. D. Cypriani Hilaria Evangelica pag. 694.

*Antonius Varillasius*, ut aliis nominibus detrahat *) magno Doctori, eloquentiam ejus his verbis celebrat lib. 3. hist. hæres. Gallice editæ pag. 225. **)

*Il sembloit que la nature eût joint en luy un esprit Italien avec un corps Allemand, tant il avoit de vivacité, d'industrie, de vigueur, & de santé. Aucun ne le surpassoit dans l'Etude de la Philosophie, & de la Theologie Scholastique, & aucun ne l'égaloit au talent de la Predication. Il possedoit en perfection la haute éloquence, il avoit découvert le fort & le foible de la raison humaine, & il connoissoit les endroits par où elle est prenable; ses Auditeurs n'avoint point d'inclinations pour diverses ou bisarres qu'elles fussent, qu'il n'eût sondées, il sçavoit irriter ou modérer les passions, selon qu'il en faloit pousser ou arrester les effets, & lorsque les matieres étoient trop élevées au dessus de l'entendement pour le convaincre; il ne laissoit*

*) Perinde ut Florimundus Ræmundus, qui lib. 1. cap. 5. de origine & progressu hæresium ita de Luthero: *Ingenio prompto fuit & vivo, felici memoria, singulari & facili vernacula lingua eloquentia nemini suæ ætatis cedens. E suggestu declamans, velut æstro percitus, accommodata verbis actione, auditorum animos mirifice percellebat, & velut torrens quocunque vellet abripiebat. Quæ dicendi gratia & vis paucis apud septentrionales populos concessa est.* &c.

**) Latine apud Seckendorfium lib 1. pag. 22.

*laiſſoit pas de l'aſſujettir, en forçant l'imagination par la violencence des figures : Mais il ne deſcendoit de la chaire ou il avoit excité & calmé les transports à ſa fantaiſie, que pour regner encore plus abſolument dans les converſations, il y remuoit les eſprits ſans les alterer, & leur inſpiroit ſes ſentimens, par une voye dont on n'appercevoit ni l'action ni les traces : enfin il achevoit de triompher par l'élegance de ſon ſtile Allemand, de ceux que ſon éloquence avoit ébranlez, & ſa converſation charmez : & comme perſonne ne parloit & n'écrivoit auſſi bien que lui la langue de ſon Païs, perſonne n'a depuis écrit, ni parlé avec tant de délicateſſe.*

## 2. Lutherus Philologus ſacer.

*Eliæ Weyhenmayeri*, Rectoris Scholæ Ulmenſis Oratio de Luthero Philologo ſacro, & de ſcholis linguarum ſacrarum introductione emendatis. A. 1717.

# CLIV. Lutheri Diſputationes habitæ Witebergæ, Heidelbergæ, & Lipſiæ: ſive Theſes Theologicæ.

Witebergæ A. 1561. 8. cura Jacobi Eyſenbergii Hallenſis, prodiit liber hoc titulo: Propoſitiones Theologicæ Reverendorum virorum D. Martini Lutheri & D. Philippi Melanchthonis, continentes ſummam Doctrinæ, ſcri-

ſcriptæ & diſputatæ Witebergæ inde usque ab Anno 1516. In hoc continentur:

Concluſiones & corollaria de viribus & voluntate hominis Anno 1516.

De indulgentiis themata XCV. Anno 1517.

Aliæ concluſiones XCIX. reſpondente Franciſco Gunthero Nordhuſenſi. A. 1517.

Pro veritate inquirenda & oneratis conſcientiis conſolandis, theſes 50. Anno 1518.

De Circumciſione, theſes IX.

Ex Theologia & Philoſophia theſes XL. diſputatæ apud Auguſtinianos Civitatis Heildelberg. A. 1518.

Contra novos & veteres errores, poſitiones XIII. defenſæ in ſtudio Lipſienſi A. 1518.

Sententiæ XVI. diſputatæ A. 1519.

Utrum opera faciant ad juſtificationem, theſes XX A. 1520.

De ſignis Gratiæ theſes IX. De Fide infuſa & acquiſita, XX. De non vindicando XII. De baptiſmate Legis, Johannis, & CHRISTI. XII. A. 1520.

De excommunicatione, theſes X. A. 1521.

Ex Pathmo miſſæ theſes CXXXIX. ad Epiſcopos & Diaconos Witeberg. de voto Religionum diſputantes 1521.

An liceat perpetuum votum vovere, poſitiones CXLI. A. 1522.

De digamia Epiſcoporum, propoſitiones CXXXIX oppoſitæ concluſionibus XXVIII. neſcio cujus contra digamiam Sacerdotum, quæ præmittuntur. A. 1528. Præ-

Propositiones XXXVIII. de Ecclesia, sustinendæ adversus totam Synagogam Satanæ & universas portas Inferorum A. 1530.

De Homine, theses XL. A. 1536.

Ad locum Rom. III. 28. disputationes quinque. De fide theses LXXI. de Lege LXXXVII. De duplici ratione justificandi hominis, coram DEO & coram Hominibus, theses XXXV. De homine justificando, XXXIII. De operibus Legis & Gratiæ, theses XLV.

Ad locum Luc. VII. 47. remissionem peccatorum non impetrari dilectione seu operibus, theses LXI. A. 1535.

Contra Concilium Constantiense, de utraque specie Sacramenti, positiones centum A. 1535.

Utrum Daniel IV. 24. operibus tribuat justificationem, theses XXI. A. 1535.

Ad 1. Corinth. XIII. 2. & 13. theses IV. & contra Missam privatam A. 1535.

De potestate Concilii, theses XXX. A. 1536.

De Cœna magna, theses V. A. 1537.

Contra Antinomi cujusdam positiones A. 1538. & 1540. disputationes VI.

Ad illud CHristi, *vade, vende*, positiones XLI. A. 1540.

De duodecim Consiliis Evangelicis falso confictis per Sophistas.

Ad illud Hebr. XIII. *Dominus JEsus heri & hodie, ipse & in sæcula.* Theses XLVI. & aliæ XXX. A. 1541.

An

An hæc propositio sit vera in Philosophia, *Verbum Caro factum est.* Theses XLII. & de communicatione Idiomatum aliæ LXIV.

Quod sola fide justificamur, positiones XXX. A. 1543.

De fide justificante & fide miraculorum, theses XXXII.

De mysterio S. Trinitatis, Incarnatione Filii & de Lege, positiones XLVII. A. 1544.

Disputationes duæ de unitate essentiæ Divinæ & de distinctione personarum in Divinitate. A. 1545. positiones XXXVIII. & L.

Contra articulos XXXII. Lovaniensium Theologistarum Martinus Luther, Doctor Theologiæ vocatus. Theses LXXVI. A. 1545.

Qvæ porro in hoc Volumine continentur, *Melanchthonis* positiones sunt, non modo illæ quæ ab A. 1523. ad 1534. cum præfatione Lutheri prodierant, sed etiam continuatæ usque ad A. 1559.

Qvæ autem ad disputationes ac positiones proprias præfatus est Lutherus, operæ pretium est cognoscere, quia pulchre imaginem animi ejus, & faciem totius magni negotii, DEO ita moderante ab eo gesti referunt:

*Disputationes seu Propositiones meas, à principio causæ meæ contra Papatum & Sophistarum regnum tractatas, patior extrudi, maxime, ne me extollat magnitudo causæ, & successus in ea Divinitus*

*nitus mihi datus. Nam in his palam ostenditur mea ignominia, id est, infirmitas & ignorantia, quæ me in principio coëgerunt rem tentare cum summo tremore & pavore.*

*Unus eram, & per imprudentiam in istam causam lapsus: cum non liceret referre pedem, in multis & magnis articulis Papæ, non solum cedebam, sed etiam ultro adorabam. Quis enim Ego eram, miserrimus tunc fraterculus, cadaveri similior quàm homini, qui Majestati Pontificis contrairem? A cujus facie, non solum Reges terrarum & totus orbis, sed ipsum cœlum & trina (ut dicitur) rerum machina pavebant, & ab ejus nutu pendebant.*

*Quæ & qualia Cor meum isto primo & secundo anno passum fuerit, quantaque fuerit mea tum non ficta humilitas, ac penè desperatio, ah quam parum norunt illi, qui postea vulneratam Pontificis Majestatem cœperunt superbissime inuadere, & cum non fecissent hos versiculos (ut Vergilii verbis utar) tulerunt tamen honores, Quos tamen illis libenter fauebam.*

*Ego vero, dum illi spectatores essent, & unum me sinebant periclitari, tam lætus, confidens & certus non fui, Multa enim ignorabam quæ nunc scio. Denique de indulgentiis quid essent, prorsus nihil sciebam, sicut nec ipse totus Papatus quidquam de eis sciebat, tantum usu colebantur & consuetudine. Ideo non disputabam, ut eas tollerem: sed cum pulchre scirem, quid non essent, cupiebam discere, quidnam essent. Et cum Magistri*

*ſtri mortui ſeu muti, id eſt, libri Theologorum & Juriſtarum, mihi non ſatisfacerent, ſtatui vivos conſulere, & ipſam Eccleſiam Dei audire, ut ſi qua reliqua eſſent uſquam organa Spiritus Sancti, mei misererentur, & ſimul in communem utilitatem, me de indulgentiis, certiorem redderent.*

*Hic multi boni viri meas Propoſitiones extollebant: Sed hos, ut Eccleſiam aut organa Spiritus Sancti agnoſcerem, fuit impoſſibile. Papam, Cardinales, Epiſcopos, Theologos, Juriſtas, Monachos, ſuſpiciebam, & ex his Spiritum expectabam. Ita enim crapula & ebrietate doctrinæ ipſorum eram diſtentus, ut ipſe me nec dormientem, nec vigilantem ſentirem. Et cum omnia argumenta ſuperaſſem per Scripturas, hoc unum cum ſumma difficultate & anguſtia, tandem CHriſto favente, vix ſuperavi, Eccleſiam ſcilicet eſſe audiendam. Pertinacius & reverentius multo (quia vero corde faciebam) Eccleſiam Papæ pro vera Eccleſia colui, quam iſti turpes Sycophantæ, qui hodie Eccleſiam Papæ contra me jactant. Ego ſi ſic Papam contempſiſſem, ſicut eum nunc contemnunt ſui Laudatores, putaſſem me eadem hora abſorbendum, cum Chore & ſuis.*

*Sed ut redeam, cum ita Eccleſiæ & Spiritus ſancti expectarem ſententiam, mox indicitur mihi ſilentium, & allegatur conſuetudo. Ego territus autoritate nominis Eccleſiæ, ceſſi, & Cardinali Cajetano Auguſtæ obtuli ſilentium, humiliter petens,*

ut

*ut & clamoribus adversæ partis pariter silentium indiceret. Ille vero non solum hoc denegauit, sed addidit, nisi revocarem, se damnaturum omnia mea quæcunque docuissem. Docueram autem jam Catechismum non parvo fructu; quem damnari non oportere sciebam, neque mihi hoc ferendum esse, nisi vellem CHristum abnegare. Ita ventum est ad hanc necessitatem, ut cogerer extrema tentare & expectare.*

Witebergæ 1671. 4. prodiit Triga disputationum inauguralium, præside D. Luthero An. 1535. 1536. 1545. habitarum, quæ universæ etiam in volumine quod supra retuli leguntur.

## CLV Erasmus Lutherizans: Erasmus Lutheri, Lutherus Erasmi adversarius. Servum arbitrium à B. Luthero assertum.

Erasmus non tantum initio statim honorifice & candide veniarum disputationem Lutheri laudavit & miratus est, ut A. 1518. ad Lutherum scripsit Wolfgangus Fabricius Capito: *) sed & deinde litteris ad Fridericum Saxoniæ Electorem **) & multis aliis, Lutthero favere se fuit testatus. Cum

E e autem

*) Bibl. Bremens. Tom. IV. pag. 921.

**) Opp. Lutheri T. 9. Witeb. p. 84. & T. I. Altenb. p 264. una cum Friderici responso. Plura Jo. Wolfius T. 2. lect. memorabil. p. 142. sqq.

autem à Pontifice, Imperatore & Regibus exspectaret sananda Ecclesiæ vulnera, Lutheri Zelum improbabat, quem putabat funestum fore litteris Monachorumque etiam augendæ tyrannidi occasionem præbiturum verebatur. Lutherus vicissim Erasmi merita in litteras admiratus, eundem tamen ineptum prorsus existimavit asserendæ CHristi caussæ contra tam desperatam Papatus corruptionem. Hinc animi sensim magis ac magis disjuncti invicem, donec publice etiam adversus Lutherum ut scriberet Erasmus, licet diu tergiversatus; tandem passus est se adduci. Quæ omnia in diss. de religione Erasmi, Hamb. 1717. edita uberius exposui, nunc tantum addam nec Jo. Jacobi Grynæi mihi probari sententiam, qui scripsit *Erasmum plus jocando, quam Lutherum stomachando Papæ nocuisse:* nam nisi serio rem agenti nemo erat etiam ex iis, qui Erasmo arridebant qui vellet hilum de pristinis erroribus vel proventibus concedere. Nec me valde videre fateor quid Erasmus Lutheri causæ detrimenti attulerit, quanquam inclytus Seckendorfius 1. Hist. Lutheranismi p. 201. b. & 309. judicat *neminem scriptis suis Lutheri caussæ magis nocuisse quam Erasmum.*

Quoniam autem de asserto adversus Erasmum fortius servo arbitrio, apud quosdam male audit B. Lutherus, præter Erasmi ipsius supra cap. 81. p. 275. sq. adductam à me confessionem, operæ pretium est considerare quæ pro Luthero sive excusando sive defendendo observant, tum laudatus Illu-

Illustris *Seckendorfius* in historia Lutheranismi T. I. pag. 310. seq. & præclari Theologi *Jacob Wellerus* in anti-Massonio p. 281. *Joh. Behmius* in tractatu analytico libri de servo arbitio, *Jacobus Martini* in dissert. subjecta libro ipsius de causa peccati: *D. Casparus Pfafradius*, qui Erasmi scripta cum Lutheri libro recudenda dedit Helmst. 1620. 4. *Nicolaus Gallus* præf. ad Germanicam libri Lutheri versionem à Justo Jona adornatam. Francof. 1620. 4. *Petrus Haberkornius* in diss. Theologica ad librum illum, & in libri de servo arbitrio vindicatione, secundum edita Giessæ 1668. 4. *Sebastianus Schmidius* in notis ad Lutheri librum Latine prælo iterum subjectum Argentorat. 1664. 4. *Jo. Joachimus Zentgravius* in præfatione adversus Petrum Yvonem, præmissa eidem Lutheri libro cum laudati Schmidii notis recuso Argentorat. 1707. 4. *Jo. Gerhardus* loco Theol. de libero arbitrio §. 65. *Balthasar Meisnerus* decad. 3. anthropologiæ dissert. 21. 22. 23. *Nic. Alardus* Warnung für des Apostatæ Marci Steffens Hertzens-Grund pag. 27. sq. 32. *D. Gerhardus Meierus*, ὁ μακαρίτης, in der sich selbst verurtheilenden Verleumdung eines Catholiquen pag. 17. 18. seq. *D. Jo. Franciscus Buddeus* Misc. Theol. parte 2. p. 23. sqq. Præ cæteris omnibus B. Lutherus ipse in testimoniis collectis à Rev. *Jo. Jacob. Rambachio* editisque Jenæ 1722. hoc titulo: Lutheri wahre Meinung von der allgemeinen Krafft des Verdienstes Christi, der ewigen Versehung, Verstockung und andern dahin gehörigen Materien.

# CLVI. Lutheri ac Melanchthonis conſtans amicitia.

Aſſiduus Luthero paraſtata in omni Reformationis negotio jam ab Anno 1518. & fidelis Achates per omnem ipſius vitam fuit alter ab illo Philippus Melanchthon, ad obitum Lutheri usque, cujus teſtamentum etiam ſubſignavit, & defuncti memoriam coluit egregiis monumentis, ipſe immortali celebratus ſtylo magni viri Joachimi Camerarii. Nec Melanchthon modo literas, tum humaniores ac Philoſophiam, tum illas graviores quoque ac Theologicas inſigniter illuſtravit ac promovit, ſicut diatriba ſingulari de Religione & ſcriptis Melanchthonis ſpero me eſſe demonſtraturum: ſed etiam Lutheri conſtantem charitatem & amicitiam expertus eſt imprimis, qui eum quanti fecerit, innumeris teſtimoniis demonſtravit, quarum pars exſtat in ſchediaſmate, Gorlici ante centum amplius annos edito in 4to. & Anno 1707. 12. recuſo cui titulus: *Epiſtolæ aliquot Martini Lutheri cum aliis teſtimoniis illius de Philippo Melanchthone & ejus ſcriptis*, nec non in teſtimoniis præcipuorum Theologorum de locis communibus Philippi, excuſis Serveſtæ 1590. 4to. Unum tamen fefellit bonum virum, quod pro bonitate animi ac teneritudine ſua, ab omnibus durioribus abhorrens, ac ſchiſma ſi poſſet præventurus, poſt Lutheri mortem maxime, id ſe facere valere

lere existimavit, non sane eundo in Adversariorum sententiam, sed mollioribus & laxioribus verbis, ac modo agendi longe diverso ab eo quo Lutherus usus fuerat: qua re effecit, ut necPontificiis placeret,quibus nihilominus est *ipso nigrior carbone Melanchthon*, nec Zwinglianis, è quibus Calvinus ipse Epist. 183. ad Joannem Sleidanum: *Dominus eum fortiore spiritu instruat, ne gravem ex ejus timiditate jacturam sentiat posteritas*. Et Hieron. Zanchius ad Henricum Bullingerum, *Philippus timidus est, ita ut sæpe numerò agat quæ non probet*. Lutheri autem sectatoribus longe minus probari potuit ille quem vocant Philippismus, ut patebit evolventibus scripta Theologorum nostratium celebratissimorum, Facultatis Theol. Witebergensis tractatum historicum de Melanchthonis sententia de controversia Cœna Domini contra Casp. Peucerum, Latine & Germanice editum 1598. 1599.4. Acta des Convents zu Riddagshausen A. 1570. cum Nicol. Selneccero, *Leonhardum Hutterum* Prolegom. Locor. Communium & in Concordia Concorde cap. XI. p. 333. sq. *Salomonis Gesneri* Warnung an die Stände in Schlesien sich für Calvinische Irrthümer zu hüten p. 32. sq. *Jo. Affelmannum* de fugiendo Philippismo, *Abrahami Calovii* Criticum sacrum pag. 148. sqq. *Jo. Frid. Mayerum* de nimia lenitate Philippi Melanchthonis, Kil. 1695.4. & Gryphisw. 1707. 12. *Jo. Henricum Feustkingium* de Philippismo Henoticorum, *Val. Ernesti Læscheri* historiam motuum tomo 2.& 3. *Christo-*

 *phori*

*phori Sonntagii* schediasma de præcipuis Theologis Sec. XVI. & XVII. cap. 2. sect. 2. *Jo. Adami Cali* de Crypto-Calvianis Witebergensibus §. 4. &c.

Non defuere Melanchthoni sui defensores, neque ipse sibi, quoad vixit, defuit: nec ignoro esse varia quæ possint pro ipso dici, & in multis actum cum eo (ut fit) durius & indignius etiam ab iis, de quibus optime promeritus fuerat, ita ut etiam vicinus morti, illam sibi dulcem testatus sit hoc inter alia nomine, quod per eam liberandus esset *a rabie Theologorum.* Attamen exemplo idem suo manifesto docuit, ad schisma nascens, nedum ad maturum & perfectum sanandum, nihil esse ineptius tergiversante lenitate, qua ipsa etiam nostra ætate vidimus signum attolli & classicum cani ad majores etiam motus ciendos, vehementioresque accendendas lites & dimicationes.

## CLVII. Pauper, & liberalis in pauperes.

Lutherus T. V. Altenb. p. 316. ubi docet ex pauperibus & contemtis DEUM solere viros insignes in usus Ecclesiæ & Reip. evehere: Ich bin auch ein solcher Parteckenhengst gewest, und habe das Brodt für den Häusern genommen, sonderlich zu Eisenach in meiner lieben Stadt: Wiewohl mich hernach mein lieber Vater mit aller Liebe und Treue in der hohen Schulen zu Erfurt hielt, und durch seinen Schweiß

Schweiß und Arbeit dahin geholffen hat, da ich hinkommen bin.

Idem apud Petrum Rebenstockium in Colloquiis Lutheri p. 18. Ich bin gebohren von sehr armen Eltern. Mein Vater war ein armer Bergmann, meine Mutter hat alle ihr Holtz, so zur Haußhaltung nöthig, auf dem Rücken tragen müssen, damit sie uns Kinder desto besser erzöge. Die lieben Eltern haben harte Arbeit ausgestanden. Aber ich bin reicher als alle Päbstische Theologi in der gantzen Welt, deñ ich bin mit wenigen zufrieden. Ich habe von der Hand meines GOttes ein Eheweib und sechs Kinder geschencket bekommen, welches Schatzes die Päbstischen Pfaffen nicht werth sind.

*D. Georg. Henr. Gœzii,* dissertatio de paupertate Lutheri, Lubec. 1719. 4.

A. 1544. cum invisisset Lutherus ad N. Amsdorfium, hic abeunti comitem dedit præfectum suum, cantharumque argenteum cum cochleari clam jusſit apud eum deponi. Comperta re Lutherus Amsdorfio rescripsit, in hæc verba 27. Aug. *Onerasti me ignarum, & pæne furem invitum fecisti rerum tuarum: quanquam tu fortassis Josephi exemplum interpretaberis, qui fratri suo Benjamin scyphum in saccum clam jussit includi. Verum tu nosti quam indecorum sit, me Theologum & pauperem, & humili loco natum bibere argento & auro* &c.

Lutheri Allmosen Zettel, in Unschuldigen Nachrichten A. 1721. p. 362. 363.

**Lieben Herrn, Es muß dieser armer Gesell auch Hungers wegen davon, Nu hat er keine Zehrung (wie die andern) und muß fern reisen, weil er aber ein fromm, gelert Mann ist: Muß man ihm helffen. So wisset ihr, daß meines Gebens ohn das viel und täglich ist, daß ichs nicht kan alles erschwinden. Bitt derhalben, wollet ihme XXX. Gl. geben, wo nicht so viel da ist, so gebet XX. so will ich X. geben. Wo nicht, so gebet die Helffte XV. so will ich die ander Helffte geben, GOtt wirds wol wieder geben.**

## 2. Gratis docens Lutherus.

In Bibl. Schraderiana A. 1710. venum exposita Dresdæ ad n. 3944. ubi editio operum Lutheri Germanicorum Witebergensis refertur, hanc veteri manu illi inscriptam notationem consignatam reperire licet: *Martin Luther*, per anagramma, lehrt in Armuth. *Omnia gratis & sine mercede dedit*. Es haben ihm die Buchdrucker jährlich wollen geben 400. Gulden, daß er ihnen seine Exemplaria zustellete, noch hat ers nicht wollen thun, seine Gnade hat er nicht wollen verkauffen. Ich habe gantz genung, sagte er einst. GOtt sey Lob, *qui dedit mihi uxorem & liberos, pulcherrimam benedictionem: & Electorem, qui sponte mihi obtulit ducentos florenos annuatim! Alias decreveram, ducta uxore,*

*me*

*me lectarum pro pretio.* Aber da mir GOTT zuvor kam, hab ich mein Lebenlang kein Exemplar verkaufft, noch gelesen *pro pretio*, will auch den Ruhm, wills GOtt, mit mir ins Grab nehmen.

3. Erasmi dictum, Pauper & tenuis Lutherus locupletat multos.

*B. D. Mayerus* im Unsterblichen *Luthero* pag. 35. **Diejenigen, so sich Luthero, und in ihm der Evangelischen Wahrheit widersetzeten, wurden mit grossen Gütern beschencket, sogar, daß** Erasmus **Sprich-Worts weise sprach:** Pauperem & tenuem Lutherum locupletare multos. **Der arme und geringe Luther mache viel Leute** (als Eccium, Fabrum &c.) **reich**, vide Jac. Verheiden in vita Justi Jonæ p. 38. **Aber kaum, kaum! hatte der grosse hochverdiente Lehrer seinen nothdürfftigen Unterhalt. Die gantze ordentliche Einnahme dieses fürtrefflichen Mannes, war nicht mehr als** 200. **Meißnische Gülden, so hundert fünff und siebentzig Reichsthaler austräget, da er doch wegen seiner grossen Allmosen und Wohlthaten, über** 500. **Gülden Jährlich anwenden muste, wie er selber bekennet.** (**beym** Rebenstockio in Colloquiis Lutheri pag. 18.)

# CLVIII. LUTHERI Conjux & liberi, posterique.

Duæ Epistolæ quibus Patrinos liberis suis expetit.

Lutherus ipse contra Jo. Miritonum T. 1. Isleb. p. 422. T. 4. Altenb. pag. 433. seq.

*D. Jo. Forsteri*, Oratio de Doctoratu & Conjugio Lutheri, Witeberg. 1612. 4. contra Gretserum.

*Jo. Josephi Davidis Messereri*, Oratio A. 1717. Halæ Svevorum habita, memorataque in Hilariis Evangelicis Rev. D. Cypriani p. 744.

*Hermanni von der Hardt*, Oratio de anulo Lutheri Doctorali & pronubo. Junckerus p. 281. sqq.

*D. Georg. Henricus Gœzius*, in diss. quantum moniales debeant Luthero, p. 22. seq.

*Jo. Henr. Feustkingius*, in historia Clerogamiæ Evangelicæ, sive de primo sacerdote marito Lutherano, Barthol. Bernardo à Feldkirchen Witeb. 1703. 4.

*D. Jo. Frid. Mayeri*, dissertatio de *Catharina Boria* Lutheri conjuge, Hamb. 1698. ac deinde sæpius, ut quinta editio jam prodierit Witeberg. 1718. Eadem diss. edita etiam Germanice 8. Cum multis notis MSS. B. auctoris memoratur in Catalogo ejus Bibliothecæ pag. 207.

Ca-

Catharina Bohria D. Luthero nubſit Ann. 1525. peperitque ei 1) *Johannem* A. 1526. defunctum 1575. 29. Octobr. ad quem Lutheri ſcriptum T. 9. Witeb. p. 442. T. V. Altenb. pag. 403 Vide & Tom. 2. Pruſſiæ illuſtratæ des Erläuterten Preuſſen, pag. 52. 2) *Eliſabetham* An. 1527. & defunctam 1528. 3) *Magdalenam* A. 1529. & defunctam*) 1542. 4) *Martinum* A. 1531. 5) *Paulum* A. 1533 & 6) *Margaretham* A. 1534. Obiit Catharina A. 1552. *Johannes* vero filius, Conſiliarius Electoris Jo. Friderici Sax. & deinde Alberti Brandenburgici, ex Eliſabetha D. Caſpar. Crucigeri filia procreavit Catharinam filiam, quæ improlis e vita diſceſſit. *Martinus* ducta filia Jo. Heiligeri, Conſulis Witeberg. obiit & ipſe improlis A. 1565.

*L. Balthaſ. Tileſii*, JCti Regiomontani reſolutio quæſtionis, an B. Lutherus è monaſterio egreſſus, cum Catharinam de Bohra uxorem duxit, peccarit. Regiomonte 1717. Plura hac de re infra, cap. CLIX.

*Bælii Lexicon* in voce *Bore*.

*D. Joachimi Hildebrandi*, **) judicium quod libro de

*) Juncker. pag. 258.

**) B. Hildebrandi verba de Luthero ſunt: *Uxorem duxit nobilem monialem, Catharinam à Boren, ut oſtenderet Clericis jure Divino conjugium licere: quanquam Vir magnus forte rectius egiſſet, ſi dono Continentiæ inſtructus in honorem voti ſui abſtinuiſſet, vel aliam ſaltem quam*

de festis p. 117. de Conjugio Lutheri tulit, modeste expensum à Jo. Henrico von Seelen. Lubecæ 1719. 4.

D. Lutheri Gevatter-Brief an Nicol. Amsdorfium, A. 1529. zu seiner Tochter Magdalena. Unschuldige Nachrichten An. 1721. pag. 11. an Hanß Löſſern, Erb-Marschallen zu Sachsen. An. 1531. als Lutheri Sohn Paul gebohren worden. Junckeri Ehren-Gedächtniß p. 252. Unschuldige Nachrichten A. 1717. p. 723.

Programma & Matthæi Dresseri Oratio Lipsiæ A. 1593. in funus *Pauli Lutheri* Medici habita, exstat in Dresseri de vita Lutheri pag. 102. 121. Vitam scripsit Melch. Adami: Concionem funebrem D. Georgius Weinrichius habuit: Epitaphium exhibet laudatus Junckerus pag. 253. & iconem in numo pag. 255. Frater Lutheri perperam dicitur in museo Olai Wormii pag. 351. cum fuerit filius. *Paulus* An. 1554. duxit uxorem *Annam Warbeckiam*, quæ A. 1586. obiit, cum ipsi peperisset 1) *Paulum*, 2) *Jo. Ernestum*, 3) *Jo. Fridericum* † A. 1599. 4) *Jo. Joachimum* † 1600. 5) *Margaretham* quæ Simoni Gotsteigio nubsit A. 1570. & 6) *Annam*

*quam monialem duxisset, cum factum hoc Lutheri, pontificiis calumniis varie sit petitum.* Sed votum ipsum illegitimum, sicut & prohibitionem Conjugii mandato atque institutioni Divinæ contrariam esse non dubitavit Lutherus, ( vide quæ infra cap. CLIX. ) quomodo igitur in honorem Voti debuit à conjugio abstinere?

*nam*, postea maritam Nicolai Marschalli de Biberstein.

Joannis Ernesti, Canonici Cizensis, ex uxore *Martha Blumstengelia*, suscepti liberi sunt: 1) *Martinus*, 2) *Joannes Paulus*, 3) *Jo. Martinus*, 4) *Jo. Ernestus*, 5) *Anna Catharina*, 6) *Magdalena*, 7) *Susanna Christina*, 8) *Elisabeth Dorothea*.

Ex his Joannes Martinus, Consiliarius Episcopi Wurzensis & Canonicus Cizensis duxit *Reginam Lyseriam*, eaque extincta *Margaretham Sophiam Hulsemanniam*. Liberi ejus fuere ex priore conjuge, a) *Jo. Wilhelmus*, b) *Martinus Fridericus*: Ex altera conjuge, c) *Jo. Fridericus*, d) *Regina Sophia*, & e) qui & ipse Consiliarius Wurcensis & Canonicus Cizensis postea est factus, *Jo. Martinus Lutherus*.

Margaretha nubsit *Georgio de Künheim*, mater plurium liberorum, in his Dorothea, quam sibi matrimonio junxit Frid. Kitlitz, Liber Baro in Groswaldeck. *D. Mayer* dissert. de Catharina Lutheri §. 25.

Genealogia Lutheri, und von D. Luthers Verlöbniß, Hochzeit und Trauring mit Catharina von Bora, in *Consiliis Theologicis Witebergensibus* parte IV. p. 17. sq.

*Seckendorfius* pag. 651. libr. 3. Histor. Lutheranismi.

*Jo.*

*Jo. Tilii*, Genealogia Lutheri, Regiomont. An. 1693. 4.

*Christiani Junckeri*, Ehren-Gedächtniß Lutheri, pag. 241 - - 259.

Anonymi Lutherischen Geschlechts Christ-schuldiges Andencken. Jen. 1690.

Soror Lutheri *Dorothea* nubsit Paulo Mackerotto, cujus filiam Margaretam duxit Sam. Kæstnerus ex eaque suscepit octo liberos. Vide venerandi D. Christoph. Henrici Zeibichii historiam Catechismi p. 80. 81.

De tribus Lottheris typographis, Melchiore patre & filio nec non Michaële Lothero, qui Lipsiæ & Witebergæ artem suam exercuerunt, Lutherum tamen non tangunt cognatione, consulendus Rev. D. Gustav. Georgius Zeltnerus in vita Jo. Lustii p. 11. sqq.

## CLIX. Num voti violator?

Qui voti violati arguunt Lutherum, confutare debebant quæ Lutherus jam Anno 1521. scripsit libro de votis Monasticis, quem Patri suo Joanni dedicavit, probe memor illo invito se pridem Monachum induisse. Exstat ille Latine Tom. 2. Witeberg. pag. 268. b.

Germanice, Ursachen und Antwort, daß Jungfrauen Kloster Göttlich verlassen mögen. T. 6. Witeb. p. 236. T. 2. Jen. p. 231. T. 2. Alt. pag. 310.

Send-

Send-Brief an eine Kloster-Jung-Frau, so sich mit eines Bürgers Sohn verlobt. T. 1. Isleb. p. 177. T. 2. Altenb. p. 369.

Disputatio de votis Monasticis Tom. 1. Latine Jenens. pag. 528. Witeberg. Tom. 1. pag. 376.

*Bartholomæi Bernhardi* **Feldkirchs**, Pastoris Kembergensis, contra Papisticas leges Sacerdotibus prohibentes matrimonium defensio ad requisitionem Archiep. Magdeb. Anno 1521. Tom. 2. Latine Witeb. p. 210. 212. Tom. 2. Jen. pag. 462. 464.

*D. Joannes Müllerus* in Luthero defenso & defensione Lutheri defensi capite VI.

*D. Joannis Henrici Feustkingii* historia clerogamiæ Evangelicæ, sive de primo sacerdote marito Lutherano, Bartholomæo Bernardo à Feltkirchen. Witeb. 1703. 4.

*Joannis Donneri*, antistitis Geilndorfensis, Monachus disarmatus, oder Ableinung der fürnehmsten Gründen und Argumenten &c. in dem andern Theil Norimb. 1631.

Frauen Ursulen, Hertzogin zu Mönsterberg, Christliche Ursache des verlassenen Closters zu Freyberg Anno 1528. apud Goldastum in Politischen Reichs-Händeln pag. 822. cum Lutheri præfatione pag. 832.

CLX.

# CLIX. Num Patronus Polygamiæ vel impudicitiæ.

*W. E. Tentzelius* **im Historischem Bericht** *pag.* 192. Der Unzucht beschuldigen Lutherum seine Feinde nicht, da sie sonst alles, wie sie nur können, an ihm zu tadeln nicht unterlassen. Ja sie bekennen selbst, man habe bis Anno 1525. da er im zwey und vierzigsten Jahre seines Alters geheyrathet, nichts unkeusches an ihm verspühret.

Glossam marginalem ad Proverbior. XXXI. ℣. 1. Nichts liebers ist auf Erden, denn Frauen-Liebe, wems kan werden, singulari diatriba defendit Rev. *Caspar Henricus Starckius*, Lubec. 1718. 4.

De *Philippi* Landgravii digamia responsum Anno 1539. datum, integrum edidit Daphænus Arcuarius sive Laurentius Begerus: pars legitur Tom. 8. Altenburg. pag. 977. sicut responsum Facultatis Theologicæ Witeberg. in Joannis Bacmeisteri Actis Philippicis pag. 91. seqq. Tubing. 1719. 4.

Licet vero mirum in modum Luthero insultent responsi hujus causa *Conradus Vetterus*, im keuschen Luther, *Maimburgius*, *Varillasius*, *Bossuetus* aliique, atque sint qui tradant Ferdinandum I. *) isto Lutheri judicio

*) Immanuel Weber in der beurtheilten Atheisterey pag. 77. ex Pauli Jovii Chronico Schwartzburgico MS.

dicio graviter offenſum fuiſſe, cum alioqui ejus doctrinæ non mediocriter faveret; tamen operæ pretium eſt conſiderare quæ pro Luthero excuſando notarunt vir candidiſſimus *Seckendorfius* lib. 3. Hiſtoriæ Lutheraniſmi pag. 277. ſeq. Et Rev. D. *Joachimus Weickmannus* in der Apologie wieder Samuelem Fridericum Willenbergern 2. Theil pag. 390. ſeqq. De aliis Luthero objectis, vide ſis *D. Joannis Mülleri* Lutherum defenſum, defenſique defenſionem capite VII.

## CLXI. Num declinaverit ad Synecdochitas & Zwinglianos.

Lutheri, daß die Worte noch feste stehen, wieder die Schwärm-Geister. Latine cum *Matthæi Judicis*, interpretis præfatione, Norimbergæ 1556. 8. *Defenſio τῦ ῥητῦ verborum S. Cœnæ.* & Germanice, addita Hiſtoria Colloquii Marpurgenſis cum Zwinglio Anno 1529. & Concordiæ Witebergenſis, Anno 1536. variisque ſcriptis Lutheri proteſtatoriis quod nunquam fecerit nec facere poſſit cum Zwinglio. Hamburg. 1632. 8vo.

*Lutheri* Epiſtola ad Joannem Secerium, Typographum Argentoratenſem Anno 1527. Tom. 2. Epiſt. pag. 348. b. ſeq. & ad Hungaricos quosdam data Anno 1544. **) ubi inter alia: *State ergo, & nolite dubitare, me nunquam, niſi me DEUS furioſum fieri permittat, ſenſurum eſſe cum adverſariis ſacramenti, nec eam abominationem in Eccleſia mihi credita audiri. Aut ſi, quod avertat DOMINUS, aliter fecero, vos cum fiducia dicite, me furioſum aut damnatum eſſe.*

*Lutheri* Schriften wider die Sacramentirer. Stetin 1573. 4.

*Georgii Mylii* Analyſis librorum Lutheri de re Sacramentaria. Jen. 1592. 4to. & cum auctario *D. Joannis Friderici Mayeri.* Gryphisw. 1710. 4.

Vergleichniß D. Luthers' und ſeines Gegen-Theils vom Abendmahl CHriſti, mit Martini Buceri Vorrede.

*Matthæus Dreſſerus* præfatione ad Hiſtoriam de Vita Martini Lutheri.

*D. Joachimi Mærlini* Bericht wider die Land-Lügen der Heidelbergiſchen Theologen. Eisleben 1565. 4. Biblioth. D. Fabricii Helmſt. Tom. 4. pag. 248.

Treue Warnung wieder den ſo genandten kurtzen und gründlichen Bericht Anno 1577. 4to. id. pag. 252.

*Joannes*

**) Unſchuldige Nachrichten Anno 1718. pag. 932.

*Joannes Magirus* in der gründlichen Widerlegung Ambrosii Wolfii Historiæ der Augspurgischen Confession. Anno 1580. 4to. id. pag. 257. seqq.

*Petri* Glasers, Predigers zu Dresden, wie der theure Mann D. Luther wider die Sacramentirer gelehret, geprediget und geschrieben ausserhalb derer Bücher, darinn er insonderheit und durchaus wider sie handelt, wiederum in Druck verfertiget von seinem Sohn, *Mag. Theophilo* Glasern, Pastorn und Superintendenten zu Dresden. Leipzig 1603. 4.

D. *Zachariæ Rivandri*, Pfarr-Herrn und Superintendenten zu Bischofsweide, Lutherus redivivus, eine neue Comœdie von der Disputation bey der Lehre vom Abendmahl derer, so man Lutherisch und Calvinisch, so wohl der andern, die man Philippisch und Flacianisch heisset von Anno 1524. bis zu Ende 1592. aus den darüber ausgegangenen mehr als drey hundert Schriften 1593. 4.

*Casparis Finckii* Oratio an Lutherus unquam ad partes Zwinglii & asseclarum accesserit, aucta & recognita in gratiam Hospiniani & Lampadii. Giessæ 1611. 4to. Ejusdem Lutherus redivivus Francof. 1614. 12mo. Unschuldige Nachrichten Anno 1721. pag. 399.

*Cypriani Spangenbergii* Offenbahrung und Entdeckung der Bosheit, Lutherum mit Ver-

kehrung, Mißdeutung und Verstümmlung seiner Worte in vielen Stücken zu einem Calvinisten zu machen 1578. 4.

*D. Joannis Weberi*, Superintendentis Ohrdruffini, Endlicher Ausspruch und Urtheil Lutheri von den Calvinisten, ihrer Lehre und Deformation A. 1614. 4.

*Joannis Gerhardi* distantia Lutheranorum & Calvinianorum circa S. Cœnam, ubi inter alia de Colloquio Marpurg.

*Joannes Forsterus* in paræneſi contra Gretſerum.

*M. Albertus Meno Verpoortenius*, commentatione historica de Martino Bucero pag. 174. seqq.

*Petri* **Schelen**, Archidiaconi zu Rendsburg, Böhmische ungebratene Martins-Gans, sammt ihrem Gefültenes, das ist: Luthero non Calvino, oder daß das Lutherthum mit dem Calvinianismo keine Gemeinschaft hat. Lipſ. 1667. 4.

*D. Valentinus Ernestus Læſcherus* in Historia motuum &c.

Ex his facile refelli poterunt quæ objiciuntur ex confictis Melanchthonis ad Cratonem litteris, de quibus Andreas Caroli in memorabilibus Ecclesiasticis ad Annum CHristi 1677. pag. 189. seq. Vel ex actis Concordiæ in Colloquio Marpurg. A. 1529. ex actis Concordiæ

tentatæ

tentatæ Anno 1536. ad 1538. apud Goldastum in Politischen Reichs-Händeln pag. 839. seqq. und von Joannis Calvini Lehre, wie sie mit Lutheri und Brentii ehemahliger übereinstimme pag. 863. seq. und in der Verantwortung wegen der Lehre in Herrn Johann Casimirs, Pfaltz-Grafen beym Rhein Gebiet pag. 878. seqq. in Christophori Pezelii Embdischen Bericht, in Mauritii Neodorpii *) Luthero Orthodoxo, Urbani Pierii examine und in der so genandten Erweisung, daß Lutherus eben das, was Zwinglius und Calvinus von dem Punct des heiligen Abendmahls gehalten 1621. 4. &c.

Ex illis vero quæ supra c. 155. notare me memini, responderi potest ad ea quæ Lutherus de servo arbitrio & ad Genes. XXVI. aliisque in locis scripsit & quæ ad consensum ejus cum Prædestinatianis trahuntur tum ab aliis, tum à *Benedicto Picteto* in consensu Lutheri & Calvini circa quæstiones de Prædestinatione & Redemtione JEsu CHristi. Genev. 1700. 8. Confer *Jo. Trellundii* Lutherum suspicione absoluti decreti absolutum Hafniæ 1718. 4.

In collectione Documentorum ad Guilberti Burneti Historiam Reformationis Anglicanæ ad Tom. 2. pag. 98. edit. Latinæ, ex avtographo refertur libellus scriptus à Luthero



*) Unschuldige Nachrichten 1717. pag. 964.

ad Bucerum circa Reconciliationem cum Zwinglianis, quem hoc loco integrum referam, ut locum insignem emendem, ne lector de Lutheri constantia dubitet.

*Primo, Ut nullo modo concedamus de nobis dici, quod neutri neutros ante intellexerunt: Nam isto pharmaco non medebimur tanto vulneri: cum nec ipsi credamus utrinque hoc verum esse, & alii putabunt à nobis hoc fingi, & ita magis suspectam reddemus causam, vel potius per totum dubiam faciemus, cum sit communis omnium, ut in tantis animorum turbis & scrupulis non expedit hoc nomine addere offendiculum.*

*Secundo, Cum hactenus dissenserimus, quod illi signum, nos Corpus CHRISTI asseruerimus plane contrarii: Nihil minus* * *mihi videtur utile, ut mediam, ut novam statuamus sententiam, qua & illi concedant Christum adesse vere, & nos concedamus panem solum manducari. Considerandum certe est, quantam hic fenestram aperiemus in re omnibus communi cogitandi, & orien-*

*) Ita legendum est pro *Nihilominus*, ut non diffitetur Burnetus ipse pag. 82. reflection upon a pamphlet, entituled some discourses upon Dr. Burnet and Dr. Tillotson, occasioned by the late funeral sermon of the former upon the later, Lond. 1696. 8. & Tom. 3. Histor. Reformat. in the collection of records pag. 192.

*entium hinc fontes quæstionum & opinionum.***)

*Ut tutius multo sit illos simpliciter manere in suo signo, cum nec ipsi suam, nec nos nostram partem, multo minus utrique totum orbem pertrahemus in eam sententiam; Sed potius irritabimus ad varias cogitationes; ideo vellem potius, ut sopitum maneret dissidium in duabus istis sententiis, quam ut occasio daretur infinitis quæstionibus ad Epicureismum profuturis.*

*Istis salvis, nihil est quod a me peti possit: nam ut ego hoc dissidium vellem (testis est mihi CHristus meus) redemptum Corpore & Sanguine meo. Sed quid faciam? Ipsi forte Conscientia bona sunt in altera sententia. Feramus igitur eos: si sinceri sunt, liberabit eos CHristus Dominus. Ego contra captus sum bona mea Conscientia, nisi ipsi mihi sum ignotus, in meam sententiam: ferant & me, si non possunt mihi accedere.*

Apud eundem Burnetum in documentis ad Tom. 3. edit. Anglicæ pag. 192. exstat Lutheri instructio Anno 1534. data Melanchthoni.

**) Heic deest una vox, quæ probabiliter esset *occludendi*.

# CLXII. Lutherus an novator & in majores injurius. Lutherus ante Lutherum.

*Jo. Henrici Hœpfneri*, diss. ubi Ecclesia Evangelica fuerit ante Lutherum. Lips. 1629. & recusa 1699. 4.

*Hartmanni Dulichii*, vom alten und neuen Gott, Glauben und Lehre. Basil. 1521.

*Potri Haberkornii*, hexas disputationum anti-Walenburchianarum ad quæstionem, ubi Ecclesia ante Lutherum fuerit? Giess. 1657. 4. Ejusdem contra Foreri ovum ante Gallinam. ibid. 1664. 4.

*Abrahami Calovii*, Lutherus ante Lutherum ad Apoc. XIV. 6. Witeb. 1683. 4.

*Hermanni Empsychovii*, demonstratio, Lutherum in omnibus cum Papatu controversis capitibus docuisse quod Apostolica Ecclesia & orthodoxi Patres per sex à CHristo nato Sæcula docuit. Giessæ 1617. 8.

*Augusti Pfeiferi*, Lutherthum vor Lutherum, oder das Evangelische durch Lutherum erneuerte Christenthum, und das neue Römische durch Lutherum aufgedeckte Pabstthum, wider die Fragen P. Arnoldi Engels, S. J. Meissen 1679. 4. Dreßden 1658. 12.

*Jo. Jacobi Beckii*, Lutherthum vor Luthern, Francof. 1658. 4.

*D. Georgii Mylii*, gründlicher Beweiß, daß D. Luther in allen mit den Pabstthum streitigen Puncten

cten geglaubet habe dasjenige, was stracks nach der Heil. Apostel Zeiten in den nachfolgenden 600. Jahren öffentlich ist geglaubet und gelehret worden. Wittenberg 1606. 8.

A. 1621. *B. Melchior Volcius*, Abbas Maulbrunnensis, Joanni Friderico gloriosiss. Wirtenbergensium Duci obtulit palæodidascaliam Lutheri, h. e. continuam seriem & immotam demonstrationem doctrinæ Lutheranæ per singula sæcula ex Ecclesiæ Doctoribus collectam, quæ MSta servatur in tabulario Consistorii Stutgardiani, ut testatur Venerandus D. Christoph. Matthæus Pfaffius, dissert. de traditionibus, edita Tubing. 1720. pag. 27.

*Matthiæ Flacii* Catalogus testium Veritatis.

*Theodori Thummii*, Lutherus thavmaturgus, pag. 23. sqq.

*Nic. Hunnii*, Apostasia Ecclesiæ Romanæ ab antiqua Apostolica Lubec. 1631. 8. Uratislav. 1664. 8. Ejusd. pellis ovina Ecclesiæ Rom. detracta. Lubec. 1637. 1656. 8. & *D. Jo. Guntheri* Vindication wieder 12. Schrifften der Breßlauischen Academisten, Lips. 1695. 4.

*D. Jo. Güntheri*, diss. ex Epistola Pauli ad Romanos demonstrans quod Ecclesia Lutherana Apostolica sit, Romana vero Apostatica. Lips. 1701. 4. & Germanice, fester Grund der Evangelisch Lutherischen Kirchen. (contra Cardinalem Perronum.)

*Eliæ Ebingeri*, Ausführung der Frage. ꝛc.

Nouveautez du Papiſme, oppoſées à l'antiquité du vray Chriſtianiſme, par *Pierre du Moulin,* Sedani 1627. & 1633. 4. & Germanice Martino Stuzingio, Secretario Brandenburgico interprete, Veſaliæ 1632. 4.

*Caroli Drelincurtii,* le faux viſage de l'antiquité. à Charenton. 1653. 8.

*Jac. Sponii,* Epiſtola ad P. de la Chaiſe, de Pontificiorum dogmatum novitate. Unſchuldige Nachrichten A. 1706. pag. 498. ſeq. *Jo. Dallæus* in pluribus ſcriptis, *Jacobus Baſnage* in Hiſt. Eccleſiæ Gallice edita. &c.

*Henricus Morus,* in myſterio iniquitatis, Opp. Theol. p. 539. ſq. &c.

## CLXIII. Num Apoſtata, Auctorve ſectæ vel Schiſmatis.

Non Lutherus auctor ſchiſmatis, ſed Papa: Lutherus enim cum neceſſaria ac veriſſima monuiſſet, & manifeſtarios notaſſet abuſus & errores, ideo ſtatim à Leone X. indigne condemnatus, atque Romanæ Eccleſiæ communione violenter ejectus fuit. Vide ſupra cap. 38. Itaque nec apoſtaſiæ nec perjurii reum poſſe argui probavit eundem. *D. Jo. Müllerus,* in Luthero defenſo & defenſione Lutheri defenſi cap. V. Pro ſecta ſive hæreſi quidem non habuit *Auguſtus Gibbon de Burgo,* Hibernus, Ord. Eremitar. S. Auguſtini

gustini in libro quem Erfurti 1663. 4. vulgavit de Luthero-Calvinismo, schismatico quidem sed reconciliabili.

Schismatis vero criminationem ab eo removent,

*D. Ernesti Salomonis Cypriani*, Belehrung vom Pabstthum cap. XI. p. 958. sqq.

*B. D. Spener*, T. 1. Theologischer Bedencken, pag. 111. seq.

*D. Gustavi Georgii Zeltneri*, Tertullus obtrectator, sive diss. Theologico Critica, qua Ecclesiam Evangelicam non esse sectam, idoneis argumentis ostenditur, & aliæ criminationes diluuntur. Altorf. 1711. 4.

*D. Eliæ Veielii*, diss. de discrimine inter causam Donatistarum & Protestantium. Ulm. 1689. 4to.

*Jo. Frickii*, de schismate Protestantibus immerito imputato. ibid. 1719. 4.

*D. Jo. Joach. Weidneri*, delineatio curiæ Papalis, & designatio dogmatum Divinorum, propter quæ Lutherum curia Papalis ditionibus suis exterminavit, Rostoch. 1717. 1718. 4.

*D. Jo. Guil. Baieri*, & aliorum scripta anti-Grabiana, quæ infra cap. 167. refero.

*M. Hermanni Witte*, Præpositi Sedinensis diss. inauguralis sub *D. Cunradi Tiburtii Rangonis* præsidio, de Ecclesia Lutherana non Schismatica, contra Jo. Philippum Pfeiferum. Gryphiswald. 1696. 4.

*D. Je-*

*D. Jeſaiæ Frid. Weiſſenbornii*, Infamia Babelis ab Eccleſia Evangelico Lutherana depulſa, Jen. 1715. Reſpondente *Jo. Henrico Stoltenberg*, Lubecenſi. Neque nova Religio nec nova Eccleſia per Reformationem Lutheri adducta, ſed vetus inſtaurata & abuſibus repurgata fuit atque erroribus. Confer D. Val. Erneſti Lœſcheri decades Evangelicas, (Evangeliſche Zehenden) V. 2. Tom. 1. pag. 331. ſqq. D. Bœrneri pietatem Acad. Lipſienſis p. 132. ſeq. &c.

*D. Chriſtiani Kortholti*, diſſ. de ſchiſmate inter Proteſtantes ac Pontificios enato. Kil. 1690. 4to. Lutherus ipſe Apologia adverſus Ducem Georgium: Es iſt meiner Freuden Troſt auch einer, und nicht der Geringſten einer, daß ich mich nicht ſelbſt hab aus dem Pabſtthum gethan. Denn ich hielte faſt bey der rothen Huren, und thát der Mórderin allen Dienſt und Demuth. Aber ſie wolte mich nicht leyden, und verbannete und ſtieß mich aus ihrer Rotten. Et in libro adverſus Henricum Brunſvic. wider Hanß Worſt: Iſt nun ein Lermen hieraus kommen, der ihnen wehe thut, des müſſen ſie ihnen ſelbſt dancken. Warum haben ſie die Sachen ſo unvernünfftig und ungeſchickt getrieben, wider alle Recht, Warheit, Schrifft, und ihre eigene Drecketen?

*Andreas Kühnius*, de ſchiſmate inter Eccleſias Occidentales, contra Walenburchios fratres. Freibergæ 1651. 8.

*Jac.*

*Jac. Martini*, vindiciæ Ecclesiæ Lutheranæ contra Valerianum Magnum. Witeb. 1. 1631. 8.

*Jo. Ludovici Boye*, Rectoris Gymnasii Durlacensis, Reformatio Lutherana, a Papistarum dubiis & criminationibus vindicata. Durlaci 1717. 4.

Ut Lutheranis invidiam faciant, sectas ex Lutheranismo, quod ajunt pronatas magno numero sive referunt sive fingunt, *Bernh. Luzenburgius, Alphonsus a Castro, Gabr. Prateolus, Guil. Lindanus, Paulus de Scala, aliique:* nec vident majorem se Catholicæ Ecclesiæ hoc ipso, si est culpa, culpam impingere, ex qua ante Lutheranismum prodiere universi qui veteres & novos hæreticorum catalogos implent hæresiarchæ omnium ætatum, omnium nationum. De quibus prædixerat Apostolus 1. Corinth. XI. 19. *Oportet hæreses esse.*

## CLXIV. De Atheismi & Epicureismi calumnia Luthero impacta, blasphemiarumque in DEUM, B. Mariam, & Sanctos.

De D. Luthero Orationes duæ contrariæ, una ab *Alberto Hungero*, habita de consensu Theologiæ Lutheri cum Philosophia Epicuri, Ingolstad. 1582. 4to. altera *Antonii Probi*,

*Probi*, Apologiam D. Lutheri continens priori opposita, habitaque Islebiæ, & edita Lipſ. 1583. 4.

*Othonis Gualtperii* Oratio adverſus Albertum Hungerum Anno 1590. 4. edita, & recuſa in Joannis Wolfii memorabilibus Tom. 2. pag. 989.

*Zachariæ Schilteri* Lipſ. 1582. 4.

*D. Joannes Chriſtophorus Sonntagius* diſſertatione de præcipuorum quorundam Theologorum eruditione, vitis & ſcriptis (reſpondente Joanne Chriſtophoro Wendelero) Altdorf. 1710. pag. 19. ſeq. Atheiſmi criminationem à Luthero removet, quam Luthero temere impingunt *Antonius Poſſevinus* lib. VIII. Bibl. Select. de Atheiſmis hæreticorum: *Stanislaus Reſcius* de Atheiſmis & Phalariſmis hæreticorum libris II. Neapoli 1596. 4. *Conradus Vetter* im andächtigen Luther, *Aloyſius Novarinus* Tom. 2. adag. ſacr. pag. 78. *Marius Merſennus* aliique. Nimirum ſolenne eſt iniquis hominibus eximios Eccleſiæ Doctores Atheiſmi, Apoſtaſiæ, Idololatriæ, & quarumcunque hæreſium falſo arguere, ut pluribus exemplis docet Theophilus Raynaudus, Jeſuita, in hoplotheca contra ictum calumniæ T. 12. Opp. pag. 422. ſeq.

Blaſphe-

Blaſphemiarum in DEUM, B. Mariam, & Sanctos, quam præter rem omnem Lutherus arguatur, demonſtravit *D. Joannes Mullerus* in Luthero defenſo, & defenſione Lutheri defenſi contra Carolum à Creutzen, Capite VIII.

## CLXV. Calumnia Muhammediſmi.

D. Lutheri ſcripta Muhammedanis oppoſita collegit *Joannes Roſinus*, ediditque Germanice ſub titulo: *Anti-Turcica Lutheri.* Lipſiæ 1596. 8. Nec quicquam eſt in B. Doctoris ſive vita & moribus aut geſtis, ſive doctrina, quod colorem ullum præbeat perſuadendæ ſanis lectoribus incredibilis calumniæ, in qua tam multi ex Papicolis adeo impenſe ſibi placuere, ut inter Lutherum Lutheranosque & Muhammedem & Muhammedanos concordiam & ſimilitudinem intercedere oſtenderent, quemadmodum patet ex *Guil. Lindani* lib. 2. dubitantii pag. 207. ſeq. *Conradi Vetteri* Chriſtlichen und Alcoranſchen Luther, *) *Georgii Schereri* Predigten vom Alcorane, *Nicolai Serarii* Orationibus Luthero Turcicis, *Florimundo Ræmundo* ſive *Lud. Richeomo* lib. IV. hiſtor. hæreſ. cap. 9. & lib. III. cap. 10. *Guil. Poſtello* **) in Alcorani & Cenevan-

*) D. Mayeri Muſeum miniſtri Eccleſ. T. 2. p. 132.

**) Menagiana Tom. 4. pag. 389. Obſerv. ſelectæ Hallenſ. Tom. 1. pag. 348.

evangelistarum Concordia Paris. 1563. 8vo. *Joannis Pistorii* in Irr-Geist Lutheri, oder dem vierdten bösen Geist. *Martinus Alphonsus Vivaldus* in notis ad Petri de la Cevalleria Zelum CHristi contra Judæos & Sarracenos, quem explodit V. C. *Hadrianus Relandus* præfatione ad libros duos de Religione Mohammedica: sicut *Joannem Schefferum* cum suis scriptionibus Turcicis (Türcken-Schrift) *D. Joannes Adamus Scherzerus* ὁ μακαρίτης. Calumniam quod bellum contra Turcam dissuaserit Lutherus, Turcamque Christianis Principibus prætulerit, refellunt Theologi celebratissimi *Doct. Casparus Erasmus Brochmandus* in refutatione causarum Ducis Christiani Wilhelmi pag. 179. & *Joannes Müllerus* noster in Luthero defenso & defensi defensione c. 24. *B.Georg. Mœbius* in D. Bœrneri pietate Academiæ Lips. p. 251.sq. Sic *Guilelmi Reginaldi* & *Guilelmi Giffordi* Calvino-Turcismo, in promptu est *Thomæ Mortoni* & *Matthæi Sutlivii* **) Turco papismum opponere, vel *Joannis Henrici Hottingeri* Tom. 1. Histor. Ecclesiast. pag. 354. seq. & *Joannis Ulrici Wallichii* comparationem Anti-Christi Orientalis cum Occidentali, Stadæ 1659. Germanice 4to editam. Sed Hierarchiam Turcicam cum Romana collatam adjungere non fuerit invidiæ, ex pandectis Turcicis Joannis Leunclavii, & Natalis Alex. Histor. Ecclesiast. Sec. XIII. & XIV. Tom. 7. edit.

**) Bælii Lex. in *Sutlevius*.

edit. in folio pag. 269. Laudant Ludovicum Baſſanum Iadrenſem in hunc modum utrosque inter ſe comparantem. *Primum* Muftium ***) *dicit eſſe inter Turcas, inſtar* ſummi Pontificis. *Quippe Juris omnis & ſacrorum Rex eſt. Huic proximi ſunt* Cadileſchiri, *quos cum* Archiepiſcopis *noſtris comparat. Sequuntur* Cadii, *veluti proximum poſt Archiepiſcopos locum obtinent* Epiſcopi. *Secundum hos ſunt* Hoggiæ, *qui* Seniores dicuntur, *ut Græcis, nobisque* Presbyteri. *Excipiunt Hoggias* Talismani, *ceu presbyteros* Diaconi. *Ultimi ſunt* Dervilii, *qui* Calogeris *Græcorum*, Monachisque *noſtris reſpondent.*

## CLXVI. Num Contemtor Corruptorque 1. Sacrarum Litterarum, Lutherus?

Ut contendunt *Adamus Tannerus* in Anatome Confeſſionis Auguſtanæ, demonſtratione tertia, & *Laurentius, Forerus* in ſeptem characteribus Lutheri, charactere ſecundo, *Conrad Vetter* in Bibliſchen Luther, aliique.

Contrarium probant *D. Joannes Mullerus* in defenſo Luthero & defenſi defenſione adverſus Carolum à Creutzen, capite XI. &



***) Papa, *il gran Turco de'i Christiani.* Tan. Faber, p. 17. ad Longin.

& XX. & ſcriptores complures quos ſupra cap. LVII. 3. laudare me memini.

D. *Georgius Henricus Gœze*, diſſertatione utrum Lutherus librum Jobi cum Terentii ſcriptis & Virgilii Æneide contulerit: in ejus meletematibus Annæbergenſibus pag. 385. ſeqq.

## 2. An Symboli Apoſtolici falſarius?

Ut contendunt *Adamus Tannerus* in Anatome Confeſſionis Auguſtanæ demonſtratione tertia, & *Laurentius Forerus* in Symbolo Catholico, Lutherano, Calviniano cum Apoſtolino collato, Dilingæ 1622. 4to. & Vindiciis Symboli Lutherani adverſus Melchiorem Nicolai, 1628. 8vo. nec non in ſeptem characteribus Lutheri, charactere tertio. *Georgius Schererus* im Prædicantiſchen Credo. *Georgius Ederus* apud *Poſſevinum* VIII. 32. Bibl. ſelectæ, Lutherum omiſſione vocis *Catholicæ*, Symboli falſarium, & Lutheri doctrinam omnibus Symboli Apoſtolici Articulis adverſam, nimis impudenter contendentes. &c.

Contrarium probant *Doct. Melchioris Nicolai* Symbolum Lutheranum ab impoſturis, calumniis, mendaciis, criminibus falſi, *Laur. Foreri* S. J. vindicatum. Tubing. 1624. 4to.

D. *Joan-*

D. *Joannis Mülleri* Lutherus defensus & defensio Lutheri defensi cap. XIX.

D. *Joannes Adamus Scherzerus* de Catholico §. CCX. seq.

## CLXVII. Calumnia de veteribus hæresibus à Luthero resuscitatis.

Objectionibus *Jo. Ernesti Grubii*, qui A. 1694. Lutherum Ecclesiamque nostram Schismatis & hæreseos Simonis Magi, aliarumque ex orco revocatarum non dubitavit arguere, criminationesque suas Consistorio Samlaudico offerre: Responderunt jussu serenissimi Electoris Brandenburgici, gloriosæ memoriæ, Friderici Wilhelmi.

D. *Jo. Guil. Baierus*, in der gründlichen Erweisung, daß Lutherus und die es mit ihm gehalten, weder an der Trennung der Kirchen, noch der ihm beygemessenen Ketzereyen schuldig seyn. Jen. 1695. 8. Acta Erud. 1696. p. 314.

D. *Philippus Jacobus Spenerus* in der Evangelischen Kirchen-Rettung von falscher Beschuldigung der Trennung und Gemeinschafft mit alten Ketzereyen. Francof. 1695. 4. Acta Erud. 1696. p. 303.

D. *Bernhardus von Sandem* in der Beantwortung der dubiorum M. Jo. Ernesti Graben, Regio-

monte 1695. 4. Acta Erud. 1696. p. 317. D. Henrici Pippingii memoriæ Theologor. T. 1. p. 1005. sq.

Aliorum criminationes similes Lutheri doctrinæ impactas, (ut à *Lindano* lib. 2. dubitantii p. 178. *Bellarmino* de notis Ecclesiæ c. 9. *Schnitzelio* in Schorpion ; Oehl c. 22. *Flerimundo Ræmundo* lib. 1. c. 16. *Nicol. Schatenio* de Carolo M. lib. 4. c. 13. aliisque) refellunt.

*D. Jo. Mullerus* in defenso Luthero & defensione Lutheri defensi c. XII.

*D. Balthasar Bebelius* diss. de reliquiis hæresium.

*D. Casp. Erasmus Brochmand* in refutatione causarum quibus inductus Dux Christianus Wilhelmus Lutheranam Ecclesiam deseruit p. 253. sq.

*D. Martini Chladenii* de hæresibus antiquis falso nobis imputatis. Witeb. 1711.

*Jac. Heerbrandus* in Ausklopffung des Lutherischen Bettlermantels *Georgii Scherers* S. I.

*D. Francisci Alberti Æpini* Religio Lutherana ab imputato cum hæreticis quatuor sæculorum consensu vindicata. Rostoch. 1711.

Contra criminationem Eutychianismi Lutheranam doctrinam vindicant *Jo. Schroederus* de Nestorianismo & Eutychianismo, Giess. 1612. 8. *Theophilus Alethusius* sive *D. Matthias Zimmermannus* in historia Eutychiana, *Abraham Calovius* diss. de Eutychianismo Lu-

Lutheranis impacto, *Jo. Hulsemannus* diss. ad Concilium Chalcedonemse &c.

*Jo. Botsacci* appellatio innocentiæ Lutheranæ ad tribunal veritatis, in causa hæreseos à *Guil. Amesio* isti impactæ. Dantisci 1633.

Contra criminationem *Neopelagianismi*, Theologis nostris impositam *D. Jo. Georgii Pritii* diss. Lips. 1698. & *D. Val. Ernesti Læscheri Witeb.* 1709.

*Jo. Henrici Fenstkingii* examen libelli à D. Jo. Georgii Wachtero editi de hæresi circa mensas. Witeb. 1710. &c.

Quam in promtu sit criminationem de instauratis hæresibus in adversarios retorquere, docet Rev. *Henricus Scharbau*, Pastor Ecclesiæ Lub. præclare meritus, in libro de parallelismo cum hæreticis instituto, Rostoch. 1714. 4.

## CLXVIII. Num Arianus?

*D. Sebastiani Niemanni* & *Jo. Guil. Baieri* excussio dialogorum duorum Erbermannianorum inter Lutherum & Arium, fictitiis ejus trophæis Romanæ Ecclesiæ ab eo insertorum. Jen. 1673. 4. & in laudati D. Baieri dispp. Theologicarum decade secunda. Jen. 1698. 4.

*Petri Zornii* Lutherus Catholicus, oder gründlicher Beweiß, daß Lutherus kein Arianer und Socinianer gewesen sey, wie ihm fälschlich schuld

gegeben die Päbstler Ant. Possevinus, Gregorius de Valentia, Coccius, Ederus, Bellarminus, Gretserus, Coppenstein, Botzius, Tannerus, Vetterus, Cornæus: Einige aus den Calvinisten, Lampadius, Sladus: Aus den Arianern Sandius, Lubienicius und andere. Lipſ. 1704. 4.

De loco 1. Joh. V. 7. omisso, & post B. Lutheri obitum in Bibliis Witebergensibus demum A. 1596. in Francofurtensibus jam A. 1576. restituto, venerandi doctores *Jo. Georgius Neumannus* præf. ad Lutheri commentar. In primam Joannis §. XXII. sq. *Jo. Dieckmanni* deutsche Schrifften parte 2. p. 112. *D. Matthæus Christoph. Pfaffius* T. 1. hist. literariæ Theologicæ p. 132. Observationes Miscellaneæ *Jo. Christiani Kochii* p. 757. sq. *Jo. Melch. Kraftii* emendanda in Hist. versionis Lutheri p. 27. seq. & in prodromo p. 85. seq. zweyten Anhang p. 39.

## CLXIX. An conculcator Patrum Ecclesiæ, Conciliorumque ac piæ Antiquitatis?

Ut contendunt *Adam Tannerus* in anatome Augustanæ Confessionis demonstratione septima & *Laur. Forerus* in septem characteribus Lutheri, charactere septimo, Gretserus, Jac. Hackius aliique.

Con-

Contrarium probant *Jo. Ernestus Gerhard* in præf. ad B. Parentis sui D. Jo. Gerhardi patrologiam, Jen. 1653. 8. co[illegible] Marcum Frid. Wendelinium. *Casp.* [illegible]*mus Brachmandus* in refutatione causarum, quibus motus Dux Christianus Guilelmus Lutheranam Ecclesiam deseruit p. 50. sq. *D. Jo. Mullerus* in Luthero defenso, & defensione Lutheri defensi capite IX. & X.

## CLXX. 1. An seditiosus, turbulentus & conculcator Magistratuum?

Ita multis contemdunt *Lindanus* lib. 3. dubitantii p. 271. sq. *Schnitzelius* in Scorpion. Oehl, c. 13. sq. *Jac. Gretserus* in antistrena Lyseriana p. 221. 249. 253. sq. ubi durius dicta Lutheri in Imperatorem, Reges ac Principes congerit, *Conradus Vetter* in gravitætischen Luther 2c.

Cantrarium ostendunt *Jo. Mullerus* in defenso Luthero, defensique defensione cap. XXII. & multi alii quos laudaci supra cap. 49. 78. 110. 139.

### 2. Nam superbus & Ministerii Ecclesiastici contemtor?

Etiam hanc utramque calumniam refellit laudatus *Mullerus* in defensoLuthero,& defensi defensio-

sionem cap. XV. & XIII. contra *Conradum Vetterum* im demüthigen Luther, Scoppium von D. Luthers authorität und Ansehen, *Georgium Sch[illegible]rum* aliosque. Eadem solidis argumentis quoque confutatur à *B. D. Martino Cchladenio*, in vidiciis Reformationis Lutheri à nonnullis Novatorum præjudiciis, Witeb. 1717. 4. quo in schediasmate removentur hæc XVII. iniqua Reformationi Lutheri præjudicia: 1.) In doctrina minus fuisse necessariam. 2.) Immoderato susceptam Zelo. 3.) Priora Lutheri scripta majorem reformandi vim quam posteriora habuisse. 4.) deflexisse deinde Lutherum in Reformatione a prima via. 5.) Principum ope & auctoritate fuisse suffultam. 6.) Credenda tantummodo respexisse. 7.) Mores doctorum & Auditorum depravasse. 8.) Non spectasse politiæ emendationem. 9.) Abrogasse Lutherum disciplinam & excommunicationem Ecclesiasticam. 10.) Piarum causarum usum & autoritatem Ministerii Ecclesiastici imminuisse. 11.) Cultus publici, omniumque cerimoniarum abrogationem intendisse. 12.) Sacramentorum dignitatem impugnasse. 13.) Docendi & credendi libertinismum invexisse. 14.) Controversias auxisse, novasque produxisse. 15.) à Zwinglio & Calvino non fuisse impeditam Reformationem. 16.) Multa Papatus fermenta retinuisse. 17.)

Fuis-

Fuiſſe prodromum ſaltim expectandæ perfectioris & univerſalis Reformationis, quod poſtremum præjudicium oppugnatur etiam à *B. D. Joanne Benedicto Carpzovio* & *Thoma Ittigio* in *D. Bœrneri* pietate Academiæ Lipſ. p. 234. 334. 368. ſq.

## CLXXI. Num ebrioſus? De vitro Lutheri. Lutherus vitrum. Memoria Lutheri vitrea.

In cibo & potu temperantem, tenuiſſimoque contentum victu, teſtantur in ejus vita Melanchthon, & W. E. Tentzelius im hiſtoriſchen Bericht p. 192. Miſſonius in itinere ſuo quod ex Gallico Germanice prodiit p. 464. Man müſte D. Luthern ſehr gehäßig ſeyn, wenn man ihn vor einen debouché und liederlichen Mann ausgeben wolte.

Idem adverſus criminationes adverſariorum probatum dedit *D. Jo. Mullerus* in Luthero defenſo & defenſione Lutheri defenſi c. XVII. ubi etiam de exprobato toties & tam invidioſe, vitro * (von den ſogenannten Catechiſmus Glaß Lutheri, in welchen Islebius Agri-



* Gretſer. antiſtrena Lyſeriana p. 232. Jo. Frid. Mateneſus, Profeſſor Hiſtoriar. Colonienſis lib. 1. c. 8. critices Chriſtianæ de ritu bibendi ſuper ſanitate p. 67.

cola über die zehn Gebot nicht hat kommen können) de quo vide si placet, *D. Jo. Guntheri* letzte Oehlung der Päbstischen Academisten in Schlesien p. 126. seq. *D. Georg. Henricum Gœtzium* de miraculis Catechismi Lutheri p. 74. sqq. & *Christianum Iunckerum* in Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 238. sq.

Aliud vitrum, Justo Jonæ dono datum cùm utriusque imagine & adjunctis hisce versibus:

*Dat vitrum vitro Jonæ vitrum ipse Lutherus*
*Ut vitro fragili similem se noscat uterque.*

de quo celeberrimus Wagenseilius libro de Noriberga p. 82. Et aliud propinatum Georgio Spalatino, Altenburgi, addito hoc disticho:

*Isthoc ex vitro vitreus bibit ipse Lutherus,*
*Hospes supremum tum Spalatine tuus.*

Vide *Georgium Schlegelium* in Spalatini vita pag. 173. & laudatum *Gœtzium* de reliquiis Lutheri p. 24.

*D. Jo. Christiani Wenzelii* Oratio Zittaviæ An. 1717. habita de memoria Lutheri vitrea. Vide D. S. E. Cypriani Hilaria Evangelica p. 159.

## CLXXII. I. Domestici, discipuli & familiares.

*D. Georgii Henrici Gœzii*, schediasma de Pontificiis ex lectione librorum Lutheri conversis.

Ejus-

Ejusdem de domesticis Lutheri „ Lubec. 1707. 4. quibus *Jo. Frederum* quoque accensendum esse notat in Misc. Theologicis de vita Lutheri p. 10. De *Jacobo Præposito* vide B. D. Jo. Georg. Neumannum præf. ad Lutheri commentar. in 1. Johannis Epist. & de *Antonio Lauterbachio* V. C. Christianum Fridericum Wilischium in memoriis Superintendentum Pirnensium.

*Gothofredi Vockerodt*, exempla sincerorum Evangelicæ Veritatis confessorum, qui hanc sine factionis stuoio sunt amplexi, ac nullam commodorum & opportunitatum hujus vitæ rationem habentes, inter primos ornare & amplificare sunt aggressi. Programma editum Gothæ A. 1717.

## 2. Ordinati à D. LUTHERO.

*D. Georgii Henrici Gœzii*, diss. de Evangelii Ministris à Luthero ordinatis, & in Miscellaneis Theologicis ex historia vitæ Actorumque Lutheri, ibid. 1719. 4. §. 2. p. 6.

*Georgius Karck*, de quo Hilaria Ev. p. 923. Unschuldige Nachrichten 1719. p. 767.

Testimonium Ordinationis, *Theodoro Fabricio* datum à Luthero legitur in Bibl. Historico Theol. Bremensi T. IV. p. 106.

CLXXIII.

## CLXXIII. Discipuli ingrati.

*B. D. Georgii Henrici Gœtzii*, Oratio de Lutheri amicis ex inimicis & inimicis ex amicis factis, in quinario Commentationum, edito Lubecæ 1724. 8. pag. 53. sqq. Unschuldige Nachrichten 1725. p. 423.

*Jo. Henr. von Seelen*, diss. de ingrato Pseudo-Lutheranorum erga Lutherum animo. Flensburg 1714. 4.

Bene *Jacobus Duportus*, p. 231. poëmatum: *Sunt nuper inter nos Novatorum genus* &c.

*Jo. Henr. Ackeri*, Commentarius brevis Historico moralis de Lutheri discipulis Chamicis von D. Luthers hämischen Schülern. Altenb. 1725. 8. Martisburg. 1727. 4. ubi de *Georgio Wicelio, Joanne Islebio* & *Frid. Staphylo.*

*Joannis Immanuelis Schade*, Oratio de Lutheranismo degenere, habita in Gymnasio Silusino Hennebergico A. 1717.

## CLXXIV. Lutheri vultum & formam referentes.

*Martinus Oudemarck*, cui Cellenses & Luneburgenses Ecclesiæ restitutam Evangelii lucem debent. Vide illustris Seckendorfii Historiam Lutheranismi p. 747. & D. Gœzii Bibliothecam Lutheranam p. 30.

*M. An-*

*M. Antonius Muretus.* Vide Ægidii Menagii Anti-Bai-illetum. cap. 83.

## CLXXV. Fas ne ſit à D. LUTHERO nos appellari LUTHERANOS.

Ut *CHriſti* nomine unice gaudemus & gloriamur, quod nobis ſufficit, noſque diſtinguit ab omnibus qui *Chriſtiani* non ſunt: ita inter *Chriſtianos* ipſos, cum alii ſint quibus Cephas Papa eſt, alii quibus Apollo Calvinus, alii quibus Paulus alius aliquis: & nos, quibus CHriſtus per Lutherum docens probatur. Non modo fas eſt, ſed ut homines ſumus, neceſſarium omnino eſſe cœpit nomina ejusmodi ferri ac frequentari, quibus Chriſtiani tam diverſa ſequentes, ipſi invicem diſtinguantur. Itaque nec Lutherani nominis nos pudet, licet probe memores non Lutherum ſed Chriſtum eſſe cui nomen in baptiſmo dedimus, neque illud Chriſtiani appellationi opponimus, ſed Chriſtianorum ipſorum inter ipſosmet diſtinctivum, inductum à neceſſitate grato animo amplectimur. Nec magis hæreſim prodit nomen *Lutherani*, quam non dicam *Auguſtiniani*, *Benedictini*, *Franciſcani*, *Dominicani*, ſed quam *Catholici*, vel *Romani*, vel *Pontificii:* *) quanquam huic a nomine petito argumento mirum quantum tribuit *Joannes Schnitzelius*, Paſtor Wippe-

*) Lorinus ad Actor. XX. 30. *à Papa Papiſtas dici nec veremur nec erubeſcimus.*

Wippefurtensis, in libro edito Coloniæ 1635. 8vo. cui titulus: Scorpiondl wider das ketzerische Gift, daß die Lutherische Lehre eine ungezweifelte Ketzerey sey. In illo enim, capite XVI. multis disputat quod pag. 344. hisce versibus objicit expressum:

*Vestra, Lutherani, si CHristi religio esset,*
*Gauderet solo nomine Christiadum.*
*Sed quia non CHristi, sed vestra est secta Lutheri,*
*Ipsa Luthericolæ voce notanda fuit.*
*Nam nisi distinctæ res essent, nomina contra*
*Judicium plebis cur data plura forent.*

Idem Argumentum ad invidiam faciendam oportunum visum est novissime auctori libelli Lond. 1728. editi: *an essay on the Christian name, its origin, import, obligation and preference to all party denominations.* Sed idem bonus Vir si vivat inter Ethnicos & diversorum sacrorum Christianos, quid faciet? num sibi soli & suis vindicabit nomen tam sanctum, alios Christianos esse negabit? quomodo ipsos distinguet inter se, vel quod in illos sibi sumet, ipse non feret ut alii in ipsum similiter statuant sine injuria, & sine ulla sinistra consecutione. Vel num quoscunque, Tros Rutilusve fuat nullo discrimine habebit? At hoc ideo non persuadebit aliis, quibus semper multum distare æra lupinis, adeoque diversis etiam characteribus nominum insignienda videbuntur. Lutherus quidem

quidem ita nullo modo ferre voluit *) Lutheranos nos ab eo dici ut CHristi hoc honori vel hilum detraheret, vel ut Christianos nos propterea vivere ac mori oblivisceremur: *Neque cum Lutheranos nos vocamus aut vocari patimur, schismatis caussa id facimus, sed insignem nos sequi doctorem profitemur*, **) itaque & Lutherus, ubi notâ & Confessione est opus, per quam restituta à Luthero doctrina ab erroribus & abusibus Ecclesiæ Romanæ discernatur, non intercessit quo minus nomine ejus nominari nos pateremur: neque ulla est ratio idonea quæ hoc nos facere impediat.

Adde *D. Carpzov.* isagogen in libros Symbolicos pag. 943. *Jacobum Tentzelium* Rettung der Lutherischen Kirchen contra Lic. Frommen pag. 124. 691. *Conradi Tiburtii Rangonis* differtat. de nomine Lutheranorum. *D. Calovium* dissertatione 2. ad Jacobi I. 27. procem. §. 4.

*Henrici Hœpfneri* Saxoniam Evangelicam pag. 26. seq. *D. Mayeri* unsterblichen Lutherum pag. 47. seq. Hilaria Evangelica Venerandi *D. Cypriani* pag. 374. *Joannis Casparis Læscheri* parerga sacra, Exerc. VI. Rochlitz. 1717. 4to. ubi Ecclesiam nostram recte Apostolicam, Catholicam, Protestan-

*) *Luther.* Tom. 2. Altenburg. pag. 83. b. 130. b.

**) Dorschei Thomas Aquinas Confessor pag. 87.

Protestantem, Lutheranam, Evangelicam & Orthodoxam appellari disputat.

## CLXXVI. LUTHERI Auctoritas.

*Quibusdam illud satis est*, inquit Erasmus contra Huttenum disputans, *ut credant quod Lutherus dixit*, αὐτὸς ἔφα. *Hoc si Lutherus postulat, insanit. Si non postulat, insaniunt illi.* Certe nusquam hoc postulat Lutherus, qui ut multis undique atrocissimis calumniis petitus fuit, sic nulla falsiore quam hac, quod soli sibi credi, non argumentis manifestis e sacra Scriptura petitis manus dari poposcerit. Quod si fuere ex ejus discipulis vel sectatoribus forte nonnulli, qui majorem illius dictis, & quam ipse millies docet & clamat, solis sacris litteris deberi, auctoritatem tribuere non dubitarunt; hoc & Luthero, & præstantissimis quibusque Ecclesiæ nostræ Doctoribus invitis & repugnantibus fecere: quorum semper hæc fuit sententia, non temere adspernandum, sed magni merito faciendum ejus nomen & merita, ut tanti Doctoris; doctrinam quoque ejus, quatenus Divinis testimoniis evidenter nititur, constanti pietate tenendam: cæterum scripta ejus ad eundem lapidem Lydium & ad eandem trutinam*) expendenda esse, ad quam lucu-

*) D. Jo. Gerhard dispp. Academic. Tom. 2. pag. 1049.

lucubrationes alias humanas universas. Confer quæ de auctoritate versionis Bibliorum à Luthero adornatæ dicta sunt supra c. LXIV.

## CLXXVII. CLXXVIII. CLXXIX. Historiæ Reformationis & vitæ Lutheri Scriptores Lutherani, Reformati, & è Romanæ Ecclesiæ sodalibus.

## CLXXX. Vita famaque à calumniis & obtrectationibus defensa.

Hæc capita, quoniam prolixiora sunt, & propter imminentes nundinas non potuere commode a typographo absolvi, servantur à me alteri volumini, cui præter alia paralipomena, indicemque scriptorum accuratum, accedent binæ de Melanchthone & de Erasmo dissertationes. Interim scriptores plerosque de historia Reformationis, petere licebit è Volumine XI. Bibl. Græcæ p. 186. sq. Eos vero qui de vita B. Lutheri tradidere, ex scriptoribus Bibliothecæ Lutheranæ, quos memoro infra c. CLXXXV. Spero tamen universis illis spicilegium haud inficiandum a me additum iri, ne actum egisse vel agere velle, videri queam.

# CLXXXI. I. Loca Lutheri vindicata.

Singulari hæc opere ex omni genere nostratium scriptorum colligi optat, & non contemnendum specimen exhibet V. C. *Jo. Christianus Kochius* in Observationibus Miscellaneis editis Germanice Lipſ. 1717. 8. T. 3. p. 738-763.

Longe plura collegit *Erasmus Gruberus* in octo tomis Lutheri redivivi, classe ultima sive duodecima: & in opere cui titulum fecit zwölf geistliche Brodt-Körbe, in zwölften Theologischen Brod-Korb. Francof. 1670. 4. Similiter in Analectis, & in suo Luthero redivivo *Jo. Zellerus.* Plura Lutheri loca vindicant *Erasmus Willichius* in Constantia Lutheri, de quo opere supra, c. 151. sicut de Grubero ac Zellero c. 90.

*D. Philippus Heilbrunner* im unschuldigen Luther, das ist, Beweisung daß alles was die Jesuiter aus seinen Schrifften wider ihn anziehen, boßhafftig verkehret sey. Augspurg 1599. 4.

*D. Jo. Mullerus* in Luthero defenso ac defensione Lutheri defensi c. XVIII. ubi vindicat loca quæ ex B. Doctoris scriptis sordida & obscœna asperioraque objectantur.

*D. Georg. Henr. Gœtzius* in propositionibus varii argumenti, historiam Lutheri illustrantibus. Lubec. 1718. 4. & in ecloga Theologica num

Lu-

Lutherus librum Jobi cum Terentii ſcriptis & Virgilii Æneide contulerit. Lipſ. 1700. 4.

*D. Friderici Erneſti* vindicatio locorum ex commentario in Epiſtolam ad Galatas Luthero objectorum. Schleuſingæ 1717.

*D. Jo. Henrici Feuſtkingii*, tunc Superintendentis Jeſſenenſis, hyperaſpiſtes Lutheri, oder abgenöthigte Rettung einiger Stellen Lutheri, welche ein Glied der Philadelphiſchen Geſellſchafft in ſeinem ſo genannten ewigen Evangelio verdächtig zu machen ſich unterſtanden hat, Lipſ. 1699. 8.

## 2. Commendata ſcriptorum ejus lectio.

Ut *D. Dannhawerum*, *Eliam Veielium atque* infinitos alios è Theologis noſtris præteream,

*D. Hieron. Wellerus* pluribus in locis, poſt ſacras litteras ſerio atque unice commendat (Theologiæ ſtudioſis præcipue) diligentem atque attentam ſcriptorum Lutheri lectionem, in primis in aureolo ſcripto de ratione formandi ſtudii Theologici T. 3. opp. Latin. p. 158. & in judicio de D. Luthero p. 168.

*Joachimus Mörlinus*, wie die Büchlein und Schrifften Lutheri nützlich zu leſen, judicia Theologorum vom Luthero, ſeinen Büchern und Schrifften. Eisleben 1565. 8. & in Eraſmi Gruberi Luthero redivivo Tom. 1.

*Conradi Partæ* Oratio de ſedulo legendis ſcriptis Lutheri. Jen. 1571. 8.

## CLXXXII. Lectione scriptorum Lutheri, ad Evangelicam doctrinam conversi.

D. *Georg. Henrici Gœtzii* de conversis Pontificiis ex lectione librorum Lutheri, Lutheranorumque Doctorum ad veritatem Evangelico Lutheranam perductis, schediasma historico Theologicum. Lips. 1705. 4.

## CLXXXIII. D. LUTHERI

### I. Autographa, sive primæ ejus scriptorum editiones.

Notum est laudatissimum studium gloriosissimæ memoriæ Principis Luneburg. RUDOLPHI AUGUSTI, qui singulari industria conquiri fecit primas editiones scriptorum, tempore Reformationis & spirante Luthero in lucem editorum, Lutheri maxime ipsius, eaque manuali suæ Bibliothecæ inseruit, quam totam deinde legavit Academiæ Helmstadiensi. Indicem illorum triplicem debemus celeberrimo atque eruditissimo viro *Hermanno ab Hardt*, qui auspiciis Principis eum condidit, lucique dedit Brunswigæ 1690. 1691. 1693. 8. hoc titulo: *Antiqua litterarum monumenta, Autographa Lutheri aliorumque celebrium Virorum ab An.* 1517. *usque ad An.* 1546.

1546. *Reformationis ætatem & historiam egregie illustrantia.*

## 2. Scripta Lutheri singula novis editionibus commendata.

Cum veteres editiones singulorum Lutheri scriptorum rarius sint obviæ, & voluminosa opera in pauciorum sint manibus, & mole ipsa possint alios a lectione deterrere, utilissimam operam in se suscipiunt qui ea quæ lectione inprimis digna experiuntur, novis editionibus restituunt usibus piorum.

*M. Jo. Christophori Crameri, Christ. Matthæi Scidelii, Jo. Jacobi Rambachii* & *Jo. Philippi Sesemanni* operam in hoc genere Ecclesiæ præstitam laudant auctores Diarii Theologici celebratissimi (Unschuldige Nachrichten) A. 1721. p. 1058.

*De libertate Christiana* & servitute spiritus, sive Christianum esse hominem omnium Dominum, liberrimum, nulli subjectum; Et Christianum hominem omnium esse servum officiosissimum, omnibus subjectum: libellus ad Leonem X. scriptus A. 1520. Hunc in aphorismos distinctum præmissa analysi Logica, in exercitationis Academicæ modum recudi fecit D. Paulus Antonius, Halæ Sax. 1706. 4.

# CLXXXIV. Indices five notitia fcriptorum Doct. LUTHERI Chronologica, alphabetica & per claffes generum, argumentorumque.

Poft imperfectiores Catalogos fcriptorum Lutheri ab A. 1518. ad 1528. & ad 1533. editos Witebergæ in 8. paullo plenior ibidem prodiit ex *Jo. Luftii* officina 1558. 4. Regiſter aller Bücher und Schrifften in den XII. deutſchen und VII. Lateiniſchen Wittenbergiſchen Theilen. 1) Streitſchrifften wider das Pabſtthum von A. 1516. bis 1545. 2) Wider die Aufrührer A. 1525. 3) Wider die Sacramentſchwermer, und vom heiligen Sacrament. 4) Wider die Wiedertäufer, und von der rechten heiligen Taufe. 5) Wider die Antinomer. 6) Wider die Juden. 7) Wider die Wucherer. 8) Wider die Türcken. 9) An etliche weltliche Herrſchaften, Städte, und ſeine gute Freunde. 10) Troſtſchrifften. 11) Lehrbücher. 12) Predigten die in den Poſtillen nicht ſtehen. 13) Antwort und Bericht auf etliche ſonderliche Fragen. 14) Auslegung etlicher Bücher und Sprüche Heiliger Schrifft. 15) Diſputationes. 16) Von dem heil. Stand der Ehe. 17) Etliche Vorreden. 18) Hiſtorien etlicher Martyrer. 19) Bekänntniß des Glaubens. 20) Bücher die in zwölf-

zwölfften Witenbergischen Theil sollen gedruckt werden.

*Sigismundi Svevi* (Schwoben) Ecclesiastæ ad S. Mariæ Magd. Vratislav. Catalogus scriptorum Lutheri, Alphabetico digestus ordine, Vratislav. 1593. 4. Witeb. 1603. fol. & auctior atque ad paginas tomorum Witebergensium, Jenensium, Islebiensium & Altenburgensium accommodatus in tomo ultimo Operum Lutheri, editionis Altenburgensis, cujus curator B. *I. Christfridus Sagitarius* in eodem tomo exhibet indicem scriptorum Lutheri ordine Chronologico ab A. 1516. ad 1546. Tertius index est in loca Scripturæ S. quartus nominum propriorum, quintus illustrando Catechismo, sextus in Evangelia atque Epistolas anniversarias: septimus, octavus, nonus, vocum Hebraicarum, Græcarum Latinarumque: decimus realis sive materiarum, undecimus sive ultimus Theologicus secundum ordinem locorum Theologicorum B. D. Jo. Gerhardi.

Index uberior Chronologicus scriptorum Lutheri exstat ad calcem immortalis operis qua historiam Lutheranismi illustravit vir insignissimus *Vitus Ludov. à Seckendorf* Lips. 1694. fol. Eundem ad editiones universas Operum Lutheri accommodatum auctioremque exhibet Rev. *Elias Frickius*, Ecclesiastes Ulmensis

in Germanica operis Seckendorfiani versionem Lipf. 1714. 4.

## CLXXXV. Bibliothecæ Lutheranæ Scriptores.

*Christianus Junkerus* præfat. ad librum cui titulus: Güldenes und silbernes Ehren-Gedächtniß Lutheri.

*D. Georgii Henrici Gœtzii* Bibliotheca Lutherana, fcriptores præcipuos indicans, D. Lutheri vitæ actorumque commemoratione infignes. Lubec. 1717. 4.

Ejusdem Bibl. Lutheranæ fpecimen, fcriptores quosdam apologeticos Lutheri Doctrinam & Famam vindicantes conplectens. ib. 1717. 4.

Ej. Bibliotheca Lutherana, fcriptores nonnullos apologeticos de D. Lutheri vita & Doctrina afferenda bene meritos exhibens. Lubec. 1717. 4.

Ej. Orationes duæ de Philippi Saltzmanni & Erafmi Gruberi in Lutheri fcripta meritis. Lubec. 1721. 8.

Ej. fpecimen Bibliothecæ anti Pontificiæ clarorum Lubecenfium ibid. 1717. 4.

Ej Bibliotheca anti Pontificia Presbyterii Lubecenfis ibid. 1717. 4.

*M. Jo. V. C. Abrahami Wimmeri* de fcriptoribus Lutheri vitam illuftrantibus, prodromus commentationis hiftorico literariæ de Lutho-

thero, Omnia in omnibus Witeb. 1723. 4.
Unschuldige Nachrichten A. 1724. p. 620.
Gelehrte Zeitungen A. 1723. p. 597.
*M. Godofredus Christianus Gœtzius* in commentatione Ecclesiastico litteraria de emendatione sacrorum per Lutherum, à primis ejus primordiis usque ad editam formulam Concordiæ. Lipſ. 1724. 4.

## CLXXXVI. Festum Reformationis d. 31. Octobr. ab A. 1668. solenniter celebrari solitum in Saxonia.

*Jacobi Thomasii* Oratio XIX. p. 426.
*D. Jo. Friderici Carpzovii* programma in Rev. *D. Christiani Frid. Bœrneri* pietate Academiæ Lipsiensis, sive quinquaginta programmatibus ab ordinis Theolog. Decanis in memoriam Reformationis Lipsiæ promulgatis, junctimque editis Lipsiæ 1717. 8.
De sereniss. Gothani Ducis ditione, vide venerandi *D. Cypriani* Hilaria Evangelica p. 1119. sq.

## CLXXXVII. Jubilæa Reformationis, Pacis Religiosæ, Augustanæ Confessionis.

De his copia decendorum cogit me argumentum hoc alteri servare volumini, propter causam quam dixi ad cap. CLXXVII. De Jubilæo

Auguſtanæ Confeſſionis, memini me nonnulla notare ſupra cap. LV. 16. p. 141. ſq.

## CLXXXVIII. Lutheri redivivi.

Magna laus & invidioſa, Lutherum Eccleſiæ reſtituiſſe: quam nec temere tribuendam, nec facile admittendam, etiam inſignibus & præclaris Theologis, quisquis Lutherum ejusque geſta ac merita cogitaverit, libenter fatebitur. Fuere tamen viri magni, quibus hoc elogium datum patienter ferimus; duobus Martinis præcipue, *Chemnitio* ac *Geiero*, quibus paucos comparabiles Doctores Eccleſia noſtra habuit, quos præferret, vix ullos. Martini Chemnitii quidem, propatrui ſui effigiem hoc tetraſticho celebravit Chriſtianus Chemnitius:

*Sculptum his lineolis redivivum cerne Lutherum,*
*Quisquis Chemnitii ſcripta verenda legis.*
*Non obiit primus, quoniam ſurrexerat alter*
*Martinus, plures, dic, Bone, mitte, DEus.*

In Martini Geieri obitum hoc exſtat B. D. Auguſti Pfeifferi epigramma:

*Martinos binos habuiſti Eccleſia quondam,*
*Magnum Lutherum, Chemnitiumque tuum.*
*Sed poſtquam cecidit primus, ceciditque ſecundus,*
*Spes nova Martinus Geier utrumque refert.*
*Tertius aſt cecidit, magis hunc Eccleſia plange,*
*Vix quartum referent ſæcla futura tibi.*

In

In eadem sententiam de B.Geiero V.C.Conradus Samuel Schurfleischius diss. Academ. p. 177. Notum quoque anagramma in Theologum similiter meritissimum de Ecclesia *Leonhardum Hutterum*, quod nomen transpositis litteris *redonatum Lutherum* refert. Et Johannes Fridericus Kœberus in programmate quod Geræ A. 1693. consecravit memoriæ laudatissimi & de Luthero ejusque scriptis ac memoria immortaliter promeriti *D. Jo. Christfridi Sagittarii*, huncce Sagittarium cum Luthero confert,& tanquam Lutherum redivivum suæ ætatis celebrat. Sic *Matthiam Devai* sunt qui appellant Lutherum Hungaricum. Modestius hi, quibus pius ille ac melleus Theologus *Valerius Herbergerus*, vocatur parvus Lutherus. Vide Rev. Sam. Friderici Lauterbachii Fraustädtisches Zion p.282.

Scripta quæ sub Lutheri redivivi titulo lucem viderunt, & varia, & longe diversi generis, suo quæque loco retuli.

Non esse cujusvis Lutherum imitari in omnibus, aut ejus referre personam, pulchre docet pervulgatum illud D. Luthers Schuhe sind nicht allen Dorfpriestern gerecht, de quo exstat peculiaris diatriba *B. D. Georgii Henrici Gœtzii*, edita Lubecæ 1719. 4.

CLXXXIX.

## CLXXXIX. Fons Teichelii, qui & Fons LUTHERI, Witebergæ vicinus, cujus aquæ in opidum ductæ sunt A. C. MDXLIV.

De hoc fonte, qui Luthero amœnum sæpe diverticulum præbuit, jucunda sunt quæ occurrunt in diario cui titulus aufgefangene Briefe dritte ravage, IX. pacquet p. 848. seq.

Lutheri *) carmen in hunc fontem:

*Qui mare, qui fontes, qui flumina cuncta creavit,*
*Me quoque jussit aquæ particulam esse suæ.*
*Corpore sum parvo, scatebris exilibus ortus,*
*Magni me sed opus glorior esse DEI.*
*Negligor incultus, dispersis undique venis,*
*Et sqvalere sinor per loca fœda luto.*
*Rustica more suo me spernunt turba coloni,*
*Fons quibus haud dignus, qui colar, esse putor.*
*Forsan si propior melioribus urbibus essem,*
*Fontibus urbanis cultior ipse forem.*
*Non movet agrestis tamen hæc injuria vulgi,*
*Dimoveor nullis a bonitate malis.*
*Servo meas undas puras, nitidasque ministro,*
*Gratis, ingratis, omnibus æqvus agor.*
*Servio namque DEO largo, pincerna benignus,*
*Gratuito munus largior inde meum.*

*Non*

*) Recusum curante G. L. N. H. cum Lutheri vita à Melanchthone scripta Witeb. 1700. 4. quod nativa gravitate sua longe mihi præplacet præ interpolato illo in poëmatibus V. C. Conr. Samuelis Schurtzfleischii p. 238. seq.

*Non moror, argenti nihil, aut habeas nihil auri,*
*Hausturus gratis dives inopsque veni.*
*Sic DEUS ingrato dedit, & facit omnia mundo,*
*Cujus ad exemplum, me juvat esse bonum.*

## CXC. LUTHERI Testamentum A. 1542. & aliud A. 1527. conditum.

Exstat Tomo VIII. Altenburg. pag. 846. cum subscriptione Philippi Melanchthonis, Casparis Crucigeri, & Joannis Bugenhagii, nec non cum confirmatione Electoris Saxoniæ, gloriosæ memoriæ, Joannis Friderici, Dom. Judica A. 1546. Et sine illa confirmatione in B. *D. Samuelis Stryckii* appendice ad lib. de cautelis Testamentorum n. XIII. pag. 200. & in Rever. *Henrici Wurtzeri* nostri Luthero Reformatore. pag. 1005.

*D. Joannis Amselii* JCti Regiomontani discursus Juris de dispositione à B. Luthero post fata, relicta. Regiomonte 1717.

Cum autem Anno 1527. gravi morbo decubuisset, testamentum aliud condiderat hunc in modum Tom. IX. Witeberg. pag. 240. Mein allerliebster GOTT, ich dancke Dir von Hertzen, daß Du gewolt hast, daß ich auf Erden sollte arm und ein Bettler seyn, kann derohalben weder Hauß, Aecker, liegende Gründe, Geld und Guth, meinem Weib

Die

(die dazumahl schwanger war) und Söhnlein (Häns̈chen) nach mir lassen. Wie Du sie mir gegeben hast, so bescheide ich sie Dir wieder, Du reicher, treuer GOTT, ernehre sie, lehre sie, erhalte sie, wie Du mich bisher ernehret, gelehret, erhalten hast, o Vater der Wäysen, und Richter der Wittwen!

## CXCI. LUTHERUS tentatus: Concio ejus ultima.

### Et iter componendis inter Principes cognatos controversiis.

*Cyriacus Spangenberg* Concione X. de Martyrio Lutheri: In was Doct. Luther für Höllen-Angst, Todes-Kampf und innerlicher Geistlicher Anfechtungen gewesen, hat er zwar Willens gehabt andern Leuten zur Lehre und Trost aufzuschreiben: aber die Welt ists vielleicht nicht wehrt gewesen.

*D. Justi Jonæ* Beschreibung der Anfechtung Lutheri, beyde Leiblichen und Geistlichen A. 1529. Tom. 3. Altenburg. pag. 775.

*Henrici* **Bergmanns** Lutherus tentatus, das ist: Extract allerhand Leiblicher und Geistlicher Anfechtungen aus Lutheri Schriften. Erfurt 1653. 12.

A Comitibus Mansfeldensibus*) deniq; nvitatus ad lites inter cognatos sopiendas, consensu Electoris in viam se dedit. Post

*) Seckendorf lib. 3. p. 634. seq. Jo. Sebast. Müller Annal. Saxon. p. 103.

Post Concionem Witebergæ 17. Jan. habitam in Rom. XII. 3. Denn ich sage euch durch die Gnade, die mir gegeben. (vid. *D. Mayeri* unsterblichen Lutherum pag. 80.) Deinde post tres alias, ultimam Islebiæ 15. Febr. exegit in dictum Matth. XI. 28. Kommet her zu mir alle, die ihr mühseelig und beladen seyd, ich will euch erquicken. id. pag. 83.

## 2. Schedion **) biduo ante mortem scriptum Lutheri manu, & Bibliorum Codicibus ***) inscribi ab eo solitum.

Virgilium in Bucolicis nemo potest intelligere nisi fuerit quinque annis Pastor.

Virgilium in Georgicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinque annis agricola.

Ciceronem in Epistolis (sic præcipio) nemo integre intelligit, nisi viginti annos sit versatus in Republica aliqua insigni.

Scripturas sanctas sciat nemo se degustasse satis, nisi centum annis cum Prophetis ut Elia & Eliseo, Joanne baptista, CHRISTO & Apostolis Ecclesias gubernarit.

Hanc tunc divinam Æneida tenta, sed vestigia pronus adora.

Wir sind Bettler, hoc est verum. 16. Febr. Anno 1546.

CXCII.

**) Unschuldige Nachrichten 1719. pag. 515.
***) Catalogus Bibliothecæ Schraderianæ n. 314.

## CXCII. Colloquium in ultima cœna habitum.

*D. Georgii Henrici Gœtzii* ecloga Theologica de moribundi Lutheri colloquio in ultima cœna habito. Lubec. 1718. 4.

Epiſtola ad Conjugem Electoris Saxoniæ Sibyllam Clivenſem 10. Mart. 1544. *Satis diu vixi. DEUS horam beatam largiatur, qua corpus iners & putridum* (**der faule Maden⸗Sack**) *ad populum ſuum migret.* Anno 1545. 17. Nov. Commentario in Geneſin, abſoluto ſubſignavit hæc verba: das iſt der liebe Geneſis. Unſer HERRE GOTT gebe, daß es andere nach mir beſſer machen. Ich kan nicht mehr, ich bin ſchwach. Orate DEUM pro me, daß er mir ein ſeeliges Stündlein verleihe.

## CXLIII. Beatus Doct. LUTHERI obitus Islebiæ in Patria Anno Chriſti 1546. *) 18. Februar. æt. 63. die Jovis, poſt Valentini, hora quarta matutina.

JO. BUGENHAGII Concio funebris ad 1. Theſſalonic. IV. 13. 14. Witebergæ habita 22. Febr. T. XII. Witeberg. p. 465. T. VIII. Altenburg. p. 863. Latine vertit *Matthias Ritterus* 1549. prodiit & 1553. 1557. 8vo. cum

cum vita Lutheri à Melanchthone composita, & in Matthæi Dresseri historia Lutheri.

MICH. COELII, qui B. Luthero à Confessionibus fuit, Concio funebris habita Islebiæ 20. Febr. 1546. & inter alias hujus Cœlii homilias edita à Cyriaco Spangenbergio A. 1565. p. 226. & T. VIII. Opp. Lutheri Altenburg. pag. 853.

JUSTI JONÆ, MICH. COELII, & aliorum, qui præsentes adfuere, relatio de pio Lutheri obitu, T. VIII. German. Jenens. p. 383. T. XII. Witeb. p. 460. T. VIII. Altenburg. p. 847. ex edit. Casp. Crucigeri Witeberg. 1553. 4. & in Balthasar. Gualtheri Luthero denato. Jen. 1618. 12.

PHILIPPI MELANCHTHONIS, Denunciatio mortis Lutheri: Oratio funebris habita An. 1546. Witebergæ 22. Febr.

Germanice, *Casp. Crucigero* interprete T. XII. Witeberg. German. p. 468. T. VIII. Altenb. p. 867. & in *Jo. Michaëlis Kochii*, Isenacensis Ehren-Gedächtniß Lutheri, p. 60. sqq.

*Matthæi Wesenbecii* Epistola de Lutheri obitu, in *Jo. Bismarci* vitis Theologorum.

*Balthas. Mencii*, Relatio de obitu Lutheri & pompa circa eundem funebri.

*Justi Jonæ*, Predigt über die Leiche D. Lutheri, zu Eisleben 19. Febr. und zu Halle wiederhohlet. 1546.

Parentatio anniversaria D. Luthero & Philippo

Melanchthoni factaLatinis carminibus heroicis à *Joanne Majore*, ex valle S. Joachimi Doctore. Witeb. 1576. 8.

*Jo. Mich. Kochs*, Christliches Ehren-Gedächtniß in drey Leichen-Predigten, Justi Jonæ, Mich. Cœlii und Jo. Bugenhagens, nebst Parentation und Leichen-Rede von Melanchthone, und kurtzer Beschreibung des Lebens und Todes Lutheri. Eisenach 1714. 4.

Parentatio anniversaria *Friderici Balduini*, Witeberg. 1599. 4.

*M. Martini Hilswigii*, Boleslavia Silesii ibid. 8.

Sechs Leichen-Predigten auf Lutherum, D. Ægid. Hunnii &c. Witeb. 1610. 4.

*D. Jo. Frid. Mayeri*, Unsterblicher Lutherus pag. 84. sq.

## CXCIV. Calumniæ adversariorum * horrendæ de B. Lutheri morte & exequiis.

Eas referunt & explodunt *Lutherus* ipse T. VIII. Altenburg. p. 415. sq.

*D. Jo. Frid. Mayerus* im Unsterblichen Luther. p. 21. seq. 86. sq. & Nicol. Selneccerus de vita Lutheri p. 238. seq.

*Jo. Gerhardus*, T. 1. Confess. Catholicæ Tom. 1. pag. 926. seq.

*D.Er-*

* Ut *Jacobi Maronessæ à Litio*, Cælestini in libro edito Venet. 1555. 8. *il modello di Martino Lutero*, lib. 3. cap. 15. 16. pag. 409. sqq.

*D. Ernestus Salomo Cyprianus*, in hilariis Evangelicis p. 938. seq. Jo. Sebast. Muller Annal. Saxon. p. 104.

## CXCV. Dies XVIII. Febr. num S. Concordiæ ** in fastis sacratus.

S. Concordiæ memoria recolitur in Martyrologiis XIII. August. Sed Febr. XVII. celebrantur Martyres Donatus, Secundianus, Romulus & alii Martyres circiter LXXX. passi Concordiæ, urbe maritima Venetorum. Vide Wilh. Ernesti Tentzelii τȣ̃ μακαρίτȣ Bibl. curiosam 1706. p. 241. seq. & Rev. Cypriani jam laudata Hilaria Evangelica p. 943. seqq. & 978. Acta Eruditorum quæ edi consveverunt Germanice parte XVIII. p. 496. seq. Non defuere tamen qui die Concordiæ obiisse Lutherum non dubitantes, hoc ei distichio parentarunt:

*Cum sancto cecidit Concordia sancta Luthero,*
*Nunc igitur discors orbe vagator eris.*

## CXCVI. Tumulus inviolatus, ac monumenta.

*JO. FRIDERICI*, Electoris Epistola ad Comites Mansfeldenses, qua corpus defuncti Lutheri Islebio Witebergam transferendum, & in templo arcis tumulandum desiderat, cum Comitum responsione exhibetur à B. D.

Ii 2 Gœ-

** Ita Jo. Mathesius, Paulus Eberus & alii, quibus eo nomine petulanter insultat Bartholdus Nihusius in hypodigmate. pag. 83. seqq.

Gœtzio in diff. de reliquiis Lutheri, fub init. Ejusdem gloriofisfimi Electoris edictum de Lutheri Epitaphio, & de fumtibus funeris viduæ rependendis, in Unschuld. Nachrichten. A. 1712. p. 195.

De tumulo, cum A. 1547. Witebergam intraret CAROLUS V. inviolato, adeundi:

*Lucas Ofiander*, Hift. Ecclef. Centur. XVI. p. 369.
*M. Juftus Schœpfer*, in unverbrennten Luther,

*D. Jo. Georgii Neumanni*, Oratio, V. C. Thomæ Crenio dicata, de tumulo B. Luthero adhuc inviolato. Witeb. 1707. 4. & ad calcem ejus primitiarum Academicarum ibid. 1717. 8. Acta Erud. 1716. p. 433. Jo. Sebaft. Muller Annal. Saxon. p. 108.

Auguftus Buchnerus:

*Plus magni exiguum eft tumulum vidiffe Lutheri,*
*Quam Capitolini templa fuperba Jovis.*

*Epitaphium* in templo arcis Witebergæ obvium, exftat in Chriftiani Wilhelmi Eybenii eponymologico Critico Magiriano (Tob. Magiri) pag. 542. & in Infcriptionibus Witebergenfib. Joachimi Hagmeieri p. 24. & Andreæ Sennerti p. 190. feq.

Incip. *Hic prope Martini rurfus victura Lutheri offa cubant* &c.

Epitaphium aliud verfibus Germanicis, T. VIII. Germanic. Jenenf. p. 388. T. XII. Witeb. p. 480. T. VIII. Altenb. p. 861. Incipit: Zu Eißleben ist mein Vaterland.

Aliud

Aliud Jo. Stigelio auctore: *Continet hic tumulus Martini membra Lutheri* &c. Apud Seckendorfium III. p. 645.

## CXCVII. Salus æterna, ἰσαγγελία, gradus Gloriæ.

*D. Georgii Henr. Gœtzii*, diss. de salute æterna Lutheri. Lubec. 1718. 4.

Ejusd. diss. de ἰσαγγελίᾳ Lutheri ib. 1718. 4.

Ejusd. de gradibus gloriæ in vita æterna B. Luthero asserendis. ibid. 1718. 4.

## CXCVIII. Reliquiæ.

*B. Georgii Lehmanni*, Programma in Rev. D. Bœrneri pietate Academiæ Lipſ. p. 262. seq.

*D. Georgii Henrici Gœtzii*, de Reliquiis Lutheri diversis in locis asservatis singularia. Lipſ. 1703. 4. Nova literaria Hamb. A. 1703. p. 255. sq. & 1704. p. 57. & 255.

*Wilhelmus Ernestus Tentzelius*, in Bibl. curiosa A. 1704. p. 308. sqq. & 450. sq.

De *domo* Lutheri in qua natus est Islebiæ, præter ea quæ dixi supra c. 4. p. 14. & *Gœtzium* pag. 31. consuli poterit Junckerus im Ehren-Gedächtniß p. 274.

*Cathedra* Lutheri Witebergæ superstes inscriptum habet votum,

*Conserva Cathedram Lutheri, summe* JEHOVA!

quod votum ex animo repeto, atque DEUM oro, ut constanter incontaminata custodiatur doctrina quam ex cathedra illa professus Lutherus est, & dignis semper Lutheri discipulis suggestus ille, & Academia Witebergensis, & Ecclesia CHristi gaudeat. *Godfridi* vero *Arnoldi* scommata T. 2. hist. hæresium p. 178. effusa amori ac venerationi quam piæ memoriæ D. Lutheri debemus, hilum detrahere nec possunt nec debent.

De *Bibliis* Latinis in fol. quibus usus, & quæ manu sua notaverat Lutherus, & tribunus Militum Micrander qvum Leopoldo gloriosæ memoriæ Imperatori obtulisset, donum ab eo tulit mille thalerorum, vide sis catalogum Bibliothecæ Schraderianæ, Dresdæ ante paucos annos publica sectione distractæ, n. 314.

*Horologium* Lutheri quod Gustrovii in Bibl. Ducali gloriosissimi Principis Gustavi Adolphi asservatum fuit, iconem exhibet laudatus Gœtzius diss. de domesticis Lutheri A. 1707. Idem de *libro Psalmorum*, qui Luthero familiaris & manu ejus notatus fuit apud B. Henricum Jamisium nostrum, adeundus in repositorio secundo Bibliothecæ mortuorum (Todten-Bibliothec, Rudolstadt 1704. 4to.) pag. 36.

*Jacobi*

*Jacobi Carmon*, J.U.D. & Eloquentiæ Prof. Oratio Roſtochii 1717. habita de Luthero vitro non vitro. De vitro quod Wilhelmo Neſeno tradidit, adire licebit *Chriſtiani Gottlob Pitzſchmanni* dubia vexata ſæculi III. edita Zittaviæ 1719. 8. p. 32. 47. ſeq. Nova lit. Hamburg. 1703. p. 411. ſeq. De aliis vitris quæ Lutheri fuiſſe feruntur, dictum ſupra, cap. CLXXI.

## CXCIX. Dictum Lutheri, Peſtis eram vivus, moriens ero mors tua, Papa, & alterum, DEUS vos impleat odio Papæ.

Cum mortem ſuam à Papa expoſci identidem audiſſet, hunc verſum Anno 1530. Altenburgi in domo Spalatini *) compoſuit, ac deinde ſæpius repetiit, atque in ultima cœna parieti inſcripſit **) Lutherus:

*Peſtis eram vivus, moriens ero mors tua, Papa.*

In admonitione ad Eccleſiaſticos Auguſtæ congregatos Anno 1530. apud Cœleſtinum T. 2. p. 270. *Si morte præventus hæc pertexere non potero, alii, fortasſis me doctiores,*

*) Matheſius de vita Lutheri Concione XV. p. 191. Schlegelius in Spalatini vita pag. 133.

**) Seckendorf. III. p. 641.

*res, hoc facient. Postremo constat utrinque, vos sine Verbo DEI, nos vero Verbo DEI instructos vitam agere. Igitur summopere postulamus, & humilime petimus, ut DEO gloriam detis, ipsi qui sitis agnoscatis, pœnitentiam agatis & vitam emendetis. Quod si facere nolueritis, e medio me tollite :* Pestis eram vivus, moriens tum mors ero vestra. *DEUS enim me irritavit & incitavit me contra vos, ut juxta Hoseam* *) *Prophetam vobis sim, Ursus & Leo in via Assur. Nomen enim meum, ut quiescere possitis, non est concessurum, donec vel vitam emendaveritis, vel penitus excisi & eradicati fueritis.* Germanice Tomo V. Altenburg. pag. 216. & p. 231. Sie sollen mich nicht verzagt noch erschrocken machen, sie sollen mir hinfort weichen, ich will ihnen nicht weichen. Ich will bleiben, sie sollen untergehen, sie habens zu weit versehen. Mein Leben soll ihr Hencker seyn, mein Tod soll ihr Teufel seyn, das sollen sie erfahren, und laß sie nur jetzt das getrost lachen.

*D. Georgii Henrici Gœtzii*, exercitatio Theologica in hoc dictum Lutheri, prodiit Lubec. 1712. 4.

Numis expressum legitur in *B. Junckeri*, güldenen und silbernen Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 323. 448. 552. Vide sis & p. 213.

De

*) Hoseæ V. 14.

De altero dicto quo Anno 1537. Smalcaldiæ ægrotus, velut testamento legavit odium in Papam, Jo. Mathesius Concione XI. de vita Lutheri p. 122. b. Er machet auch allda aufm Wagen seinen letzten Willen und Testament, und bescheidet und testiret seinen Freunden den Predigern odium in Papam, das ist, daß sie mit des Pabstes Lehre nicht allein unverworren, sondern auch derselben Abgötterey öffentliche Feinde beständig biß an ihr Ende seyn und bleiben wolten. Occasionem, necessitatem & moralitatem hujus testamenti expendit B. D. Jo. Frid. Mayerus, diss. de voto Lutheri, Deus vos impleat odio Papæ. Hamb. 1699. 4.

## CC. Miseræ adversariorum ac malevolæ de instante Lutheranismi interitu Divinationes.

Sicut ex nomine χριστὸς quidam falso olim collegere Christianismum duraturum non per plures quam 1480. annos: †) ita *Laurentius Beyerlingius*, in theatro vitæ humanæ lib. 1. pag. 392. divinavit Jubilæum Lutheranum primum & ultimum futurum esse illud A. 1617. quoniam scilicet non majores numeros refert nomen: *MartInVs LV-*



†) Methodii revelationes in Orthodoxographis Tom. 1 pag. 99.

*therVs theoLogIæ D.* Sed Divino beneficio jam alterum vivendo Jubilæum attigimus Anno 1717. quod & Beyerlingio *) fuiſſet in promptu proſpicere, ſi integrum nomen *DoCtor,* non decurtatum *D.* ponere voluiſſet. Sed & *ſaCræ,* vocabulum ſi addas, 1817. ſi *ſaCro ſanCtæ,* 1917. habebis. At enim nimis futile eſt tam levibus argumentis rem tanti momenti definire, animique vitium ludendo prodere.

*Io. Taiſnierius,* Annum 1575. Lutheranæ Eccleſiæ ultimum fore dictitavit in ſua phyſiognominia pag. 451. ut *Cornelius à Lapide,* ad Apocalypſ. IX. 1. Annum MDCLXVII. Utrosque jam luculenter ſatis eventus confutavit. Confer B. D. Mayeri Diſp. 2. utrum fata Religionum pendeant ab aſtris pag. 9. atque ejusdem homilias ſacfas (geiſtliche Reden) pag. 187.

Denique rem acu tetigiſſe ſibi viſus eſt *Simon Schreinerus,* in apologia adverſus D. Andream Keslerum part. 2. cap. 18. §. 2. p. 266. qui ſcurriliter ſatis proverbio vulgari abuſus, Lutheraniſmum affirmavit in Matthæi ultimo jam verſari, ſive ad Matthæi ultimum, redactum eſſe. **Es ſey mit dem Lutheriſchen Glauben am letzten.** Bene autem obſer-

*) Rev. D. Cypriani Hilaria Evangelica pag. 1000. & 908.